SACRA
Theologia,
SIVE
Veritas quæ est ſecundum
PIETATEM,

AD

Unicæ & veræ methodi leges deſcripta, &
in decem libros per DVDLEIVM
FENNERVM *digeſta.*



¶ Et hoc præcor vt charitas veſtra adhuc magis ac magis redundet, in cognitione & omni ſenſu: vt dignoſcatis quæ diſcrepant, vt ſitis ſinceri & inoffenſo curſu pergatis ad diem vſq; Chriſti. *Phil.* 1.9.10.

ah

¶ ILLVSTRISS. COMITIBVS, EQVITIBVS AVRATIS, SACRI REGII SENATVS CONSILIARIIS HONORATISS. dominis suis clementiss. Comiti WARWICENSI: Comitiq; LECESTRENSI, *Oxoniensis* Academiæ *Cancellario* dignissimo, Gratiam & pacem a Domino.



LVCAS INTER scriptores θεοπνεύστους non ignobilis (Comites illustrissimi) historiam quam omnibus numeris absolutam de Christi ipsiusq; apostolorum dictis & factis contexuit, maturo certè & prorsus diuino consilio, præstantissimi Theophili nomine insigniuit. Cuius consilij ratio duplex ni fallor existit. Prior erat quam ipse verbis suis clarissimè proposuit; vt Theophilus certitudinem indubitatem agnoscat, eorum omnium in quibus prius fuerat institutus. Posterior verò & præcipua, ex ipsius tum verbis, tum instituto, nō obscuré erui & indagari potest. Nam quum ille, cùm ad rerum omnium veritatem plenam, sancti spiritus fide, & afflatu, tum ad ordinis, & orationis structuræ elegantiam & Luc.1.2. 3.4.5.

gratiã; eiusdem sapientia & ductu in scribendo nixus esset: nullam apud homines gratiam, nullam apud illos authoritatẽ humano more, libro suo conciliare studuit: Sed vt diuinitus pro sacro νομοφύλακι electus sacrosanctam hanc historiã, ab omni corruptela purã & illæsã, pro virili seruaret; & ad omnes suæ ætatis homines, posterosq; quoscunq;, summa fide & diligentia transmittendam curaret Theophilus: Hunc librum illi dicare voluit. Quod enim nostri Iesuitæ Deum τὸ ὄνομα ἀυτοῦ καὶ τὴν σκηνὴν ἀυτοῦ, καὶ τοὺς ἐν τῷ οὐρανῷ σκηνοῦντας βλασφημοῦντες, Lucam humana media adhibuisse simili modo atq; apocryphorum (hoc est (vt inquit Athanasius) quæ occultatione magis quam publica fide digna sunt) authores, dixerũt: nemo qui vel vnicam sani iudicij & pudoris micam retinuit; approbabit. Nam quã iniquã & prorsus abominandam comparationem instituerunt, ex ijs quæ mox dicentur, quàm illustrissimè constabit. Vt autẽ commune omniũ diuinorũ scriptorũ ornamentũ summũ, quod ex Spiritus afflatu quæ pro Dei volũtate statuerint lingua & stylo vt scribæ prompti exararũt, omittam: vel ipsius Lucæ cum horum verbis comparatio, ipsorum φλυαρίαν abundè refellet. Hi enim de suis an benè & compositè aggesta fuerint, dubitantes, suã ἀδυναμίαν claris & perspicuis verbis agnoscũt: Ille vero se omnia cùm subiecta materia πεπληροφορημένα, cum forma totam historiam καθεξῆς i structura ordine quã maximè accommodato, composuisse

Annot. Angl. in hunc ipsum locum. Athan. fine Synopseos diuin. scrip.

Psal. 45. 2

2. Machab. c. 15. ver. 38. 39. 40. Eccl. prol. 6. 7.

composuisse asserit. Isti venia petita etiam postquã studiosè laborauerint culpam deprecãtur: ille omnia vt αὐτόπιστα *& prorsus cõsũmata ex spiritus* αὐτοκράτορι *& apostolorũ authoritate incomparabili etiam ad Theoph. edocendũ proponit. Quare ne horũ Iebusæorũ vestigijs institisse videar: quo cõsilio, quaue ratione hoc Lucæ exemplar viuũ & perfectũ mihi proposuerim, paucis apud V. amplitud. præfari statui. Si etenim libellũ hũc quatenus* ἀληθείας τῆς κατ' εὐσέβειαν *præcepta & axiomata, non mea modo sed præstantiss. virorũ & in his D. Cart. Theol. celeberrimi (ab alterius V. A. non exiguis & vulgaribus beneficijs ornati) opera e sacris scripturis descripta & definita continet; eum vestro patrocinio non indignũ affirmarim: sine iactantiæ vel minima suspicione facturus videor. Verũ enimuero cũ in meã tenuitatẽ aciem oculorũ aduertã, contra calũnias improbè confingendas patrocinium, ad næuorũ benignã condonationẽ obliterationem, & emendationem; gratiam: sub vestri nominis latibulo quæsiuisse, & ad V. A. tanquã asylũ tutissimũ confugisse ingenuè & ex animo profiteor. Quod meũ consiliũ si vobis non ingratũ fore perspexero: omnia mea studia & labores omnes proximè & secundum Deum communeq; ecclesiæ bonum, V. A. honori & laudi in posterũ consecrare decreui. Interea A. V. clementiss. quam humil. rogo vt hoc cũ vestrorũ erga me beneficiorũ, tũ mei in vos animi monumẽtũ officijq; pignus, sereno vultu accipere, meamq; apud vos* παρρησίαν *cõdonare dignetur. Deũ patrẽ optimũ*

Tit. 1 I.

clementissimumq́ oro vt A.V. incolumen seruet, vobis spiritu adsit, & prudentiæ, consilij, omniq́ é Tzijone benedictionum genere quam accumulatissimè ornet, atq́ in omnem æternitatem adaugeat.

V. A.

Addictissimus

DVDLEIVS

FENNER.

ORNATISSIMO

& charissimo fratri & in ministerio
collegæ, Domino Dudleio
Fennero.



VA (ORNATISSIME *Fennere*) legens, subijt mentem de Mose viro Dei Historia: qua Nebuntis monte conscenso, vniuersum terræ sanctæ tractum vna συνόψει, tanquam momento fere vno prospixisse scribitur. Eo enim artificio & accuratione, coelestis Canaan axiomata, præceptiones, promissa, leges & iura omnia abs te aggesta & constructa sunt: omnes vt inde eius oras & regiones, quaquauersum patent, sub vno veluti aspectu positas, contueri liceat. Quamobrem tantum abest, vt impositum mihi ad ea legenda laborem aut molestiam depreceris: vt me tibi iam ante, ex coniuncto in ecclesia Anglantuerpiana ministerio plurimũ deuinctum, nouo & singulari beneficio, ad omnia mea quæ in te proficisci possunt officia, arctius deuinxeris. Cumq; ingenuum sit profiteri per quos profeceris, his lucubrationibus & quæ sciebam liquidius percepisse & quæ nesciebam didicisse, fateri me non pudet. Cupiebam porro libellum hunc quem abs te præclarum certe accepi, nec indignum vt ei legẽdo vadimonium (quod dicitur) deseratur: pro voto & postulato tuo, ad te meliorem & cultiorẽ remittere.

Deu.32. 49.50.&c.

Ad quam rem quid attulerim tu apud te ſtatues: cũ ipſe præter fidẽ (quæ ſumma fuit) nihil polliceri audeam. Quod autẽ quæris an Theologiam, commodũ & vtile ſit, ad veræ & vnicæ methodi leges reuocare: id te non dubitandi animo ſed rem iam cõpertam pleniùs cognoſcendi, quærere intelligo. Quanquã quis te hoc melius expedierit, qui methodũ perceptam & comprehenſam habes, quàm illa toti theologiæ, & ſingulis eius partibus aptè & appoſitè conueniat, aliquot annorum experientia edoctus ſis? Rogatus tamen ea lege & conditione quod ſentio exponam: ſi quæ tibi de hac re aut plura aut meliora ſuccurrent, mecum cum apportunum fuerit cõmunices. Et quidem hoc tanquam ex ſpecula proſpiciens, verè mihi prædicere poſſe videor; hoc inſtitutum multorum in reprehenſiones incurſurum. Nam vt illos omittam, qui hanc quam ſequeris methodũ nec vnicã nec optimam eſſe obſtrepent: non deerũt viri pij & docti, qui illi in cæteris diſciplinis locum concedentes, in ſacra Theologia vbi pedem ponat non relinquent. Iniquum enim & indignum plane exiſtimabunt, tantam (quanta reuera eſt) Thologiæ amplitudinem & maieſtatem, definitionum & diuiſionum anguſtijs tanquam vinculis quibuſdam, & clauſtris, conſtrictam teneri. Quibus vſq; eo aſſẽtior, vt Theologiæ dignitatẽ, ne verbo quidẽ aut nutu violandã eſſe ſentiã: cuius exiſtimatio, ſuo apud homines merito ſẽper inferior, quacũq; ratione; honeſta & legittima, creſcere & augeri debet. Theolog. verò in maieſtatem ex eo delinqui exiſtimare, quod

(dialecticæ

(dialecticæ beneficio) latè diffusa angustè premãtur, obscuris definitione lumen afferatur, incerta & infinita penè, primũ ad mẽbra deinde ad species quàm paucissimas reuocẽtur, affectiones generales generalibus, speciales specialib. simul & semel attribuãtur: perinde est, ac si præciosissimã gemmã arcula (cum ad custodiã, tum ad circũgestationẽ affabrè exsculpta) conclusũ esse quærerẽtur, quæ in capaciore & vastiore vase seu receptaculo circũferri solet. Omni vtilitati quam Deus hominibus dedit artẽ aliquã coniunctã esse, per quã illa percipi possit; palã est, & ante pedes positũ. Rei igitur omniũ maximæ artem esse, cùm minimarũ nulla sine arte sit: nemo facilè dubitarit, qui quid quãq; rem cõsequitur, animũ mediocriter aduerterit. Aurũ in imis & intimis terræ partibus defossũ, erudiendi ratio quædã mõstratur: omni autẽ auro & gẽmis præciosius inueniẽdi nullã viã & quasi venã à deo aperiri præter rationẽ est. præsertim cũ nõ ad periturũ illud, sed ad hoc in omne æuũ duraturum aurũ indagandũ, nati & à deo facti simus. Quod nõ ita intelligi velim, ac si verã dei noticiã quæ cælitus datur, hominis industria & improbo labore (vt cætera) cõparari posse putẽ: sed vt viã maximè cõpendiosam esse doceã, qua sacra doctrina ordine & modo quodã informata, cõmodius percipiatur, quæq; Spi. san. operationi melius inseruiat. Et mihi quidẽ rem hanc attentius cõsideranti, longè (secus quàm illis) videtur. Nullã etenim disciplinã esse reor, in qua dialecticæ artis, aut vsus maior, aut certior fructus existat, quam in Theologia. Primum enim quæ in *Iob*.28.1.12. 13.23.28.

alijs

alijs artibus & scientijs præcepta artium veluti seges & materia traduntur, ea tametsi è peritissimis hominibus excogitata & elaborata sunt : tamen à perfectionis apice & cumulo longè dissita inueniuntur, Theologiæ verò præcepta & dignitates ad vnum omnes, ad illam perfectionem in sacris scripturis descriptæ & consignatæ sunt : vt quicquid illis vel addas vel detrahas, illico in ipsius absolutam numeris omnibus consummationem deliquisse coarguaris. Quæ igitur in alijs scientijs manca & inchoata modò artis materia est : in hac omniũ scientiarũ principe Theologia plena & absoluta cùm sit: eam tantò cæteris omnibus ad artis ornatũ & cultũ induendum aptiorem esse efficitur. Sed hoc quicquid est, tum liquebit magis, si qui sũt methodi, & artificiosæ tractationis effectus & fructus exputemus. Sunt autem ni fallor, hinc confusi & perturbati iudicij, ad clariorem veritatis perspicientiã illuminatio : istius memoriæ imbecillæ & caducæ, ad diuturnitatẽ, confirmatio. Cedo verò, nũ cùm omnia scientiarum & disciplinarum genera percensendo obieris: aliquã inuenias, ad quam hominis, aut ad percipiendam mens obtusior & magis iners, aut ad præcepta retinenda memoria labilior & magis fluxa, existat; quam in his quæ Dei sunt, & ad veritatis quæ secundũ pietatem est, notitiã referuntur? Vniuersum κυκλοπαιδείαν, seu humanarum artium orbem percurre; in his mathemata (tanquã in profundo demersa) omnium scientiarũ difficillima perlustra: nullũ comperies, cujus non præcipua elemẽ-

ta, &

ta, & quasi cæterorũ axiomatum fundamenta, à natura & ipsis incunabilis arripuerimus: quæ si adolescere pateremur, & assidua eorũ quæ in sensus incurrunt obseruatione, foueremus; non facilè dictu est, ad quã nos in eis notitiã, prouehetent. Quid quod natura duce & comite industria, etiã sine præceptoris adminiculo: ad illud scientiæ fastigiũ pertingunt, quo sui admirationẽ omnibus mouent? Hausta verò & percepta semel, ea firmitate & tenacitate conseruant vt non facile, sine magna oscitantia, aut memoriæ vitio culpa contracto, excidant. Nec defuisse ignoras, qui artẽ, tã ad perceptorũ obliuionem, quàm ad percipiendorũ fidelem recordationẽ se doceri exoptarint. Horũ verò omnium contrarium in Theologia fieri, non tantum sacrarũ literarũ documentis & exemplis, sed quotidiana experientia, ita compertũ & testatum est, vt longiorem, apud te præsertim, orationem non desideret. Cùm igitur ex omni Theorematum genere, diuinis accipiendis mens humana, illis asseruandis memoria, communi lue & labe naturæ, maximè ineptæ & inidoneæ sint: quis non videt, omnes rationes inire oportere, quibus hujus infirmitati ad æternũ animi & corporis interitum exitiali, quàm maximè subueniatur? nisi fortè quis sit, qui leuioribus morbis, & morte minimè accelerantibus, medicinam admouẽdam censens, in grauioribus & præsentẽ mortẽ minitantibus, remedia non perinde adhibenda esse iudicet. Nemo est, si (Scotum, & σχολεινούς excipias qui tamen ex suis παραδιατριβαῖς & ἀντιθέσεσι,

τῆς ψευδωνύμου γνώσεος apud suos plurimi fiunt) nemo inquam est ad Theologicam tractationē, siue scriptione, siue dictione accedens: qui sermonis structuram, ex grammatices, orationis verò elocutionē, ex Retorices fontibus nō afferat, & afferendā sētiat. Quæro, quibus rationib. fretus hoc faciat? hîc vt omnia cōquirat, nihil certè firmiùs aut solidius quod respōdeat inueniet: quā quod sancti dei viri, apostoli & Prophetæ hanc cum in dicendo, tum in scribēdo rationē sequuti sunt. Eorundē igitur cum & scripta tātum, & dicta scriptaq; simul, nobis dialecticorum præsidiorū, atq; ipsius veræ methodi vestigia & impressiones non dubias & obscuras reliquerint: quid ni etiam hæc, (vt illa) quoties aut dicimus aut scribimus, ad vsum & exercitationē proponamus? Methodi autē lumen à spi. san. in sacris literarum monumentis adhibitum, atq; adeò vt videtur affectatum esse: vno aut item altero exemplo, (si placet) periclitemur.
Gen.1.1. Moses mundi creationem describens, primū totum opus à deo perfectum breuiter proponit, post
ver.2. illud per partes exequitur. In partibus primū materiā tanquam natura priorem omnibus creaturis substernit, cui cùm affectiones, primum quidē inanitatis & informis naturæ, deinde conseruationis diuinæ attri-
ver.3.4. *&c.* buisset: illico ad alterius creationis membri formæ scz. descriptionē accedit. Vbi cúm primū cælestium formas, post terrestriū, ob oculos posuisset: tandem
ver.5.6.7.8.9.10. transitione, superius à se cōmemorata, à consequētib. discludit & disterminat. Idem in nouo testamento
Luc.1.1.2.3. experiamur, vbi Lucæ Euāgelistæ historia insignis exi-

stit.

stit. Primum enim totam historiam duobus versibus definit. Eam post non obscurè διχοτομεῖ, primum membrum est de Christi in terra per seipsum gestis: *Act.1. ver.1.* quæ iterum in duo alia, doctrinam & facta distribuuntur: Alterum est de his quæ in cœlo collocatus, per Apostolos efficit. Prius membrum pertextum *Ibid.* (quoniã illius tractatio prolixior erat) transitione cũ sequentibus coniungit. In posteriore verò primum *Act. ca.1 ad 13. cap.* quæ per duodecim factitauit expedit, post quæ per duos ascititios, Paulum & Barnabam designauit. Et *ca.1. ca.2.* quidem in 12. Apostolorum actis primum, quæ ab *ca.3. cap.4.* omnib. vniuersim actitata sunt, narrãtur: post quæ à *cap.5. ca.6.* Petro speciatim & seorsim administrata sunt, persequitur. *cap.7. ca.8.* § Ab ascititijs verò gestis cõplectens, primũ *cap.10.* de his quæ ab vtroq;, Paulo & Barnaba simul: deinde quæ à Paulo † tantum acta sunt, historiam texit. *§ ca.13. ca. 14. cap. 15.* Quod autem in Genesi pro generum suorum ὁμογενείᾳ cœlestes & terrestres creaturas: simul & semel non expediuit, id necessaria χρόνει fecit, singula quo tempore formata erant enarrandi; eadem ratio est, cur bonitatis & excellentiæ cuiusque naturæ affectionem, primum singulis seorsim, deinde omnibus collectim tribuat: vt crebro & sæpius repetito hoc diuino de suis operibus præconio, cum insequuta deformitas odiosior esset, tum omnium impiorum aduersus Dei opera allatrantium ora obstruerentur: quod ipsum de Luca cæterisque scriptoribus sacris sentiendum erit. Prouerbia Solomonis prætereo, vbi libri argumentum sex primis versibus comprehensum: idem nouẽ prioribus capitibus generalius reliqua specialius explicantur.

ver.38.39.
† ca.16. ca. 17. cap. 18. ca.19. ad finem libri.

Prætereo

Prætereo admirabile illud Pauli ad Rom. in distri-
Rom. 12.6. 7.8. buendo artificium: vbi in ecclesiæ & administrorũ partitione, plures διχοτομίας tanquam logicæ σοφίας σμῆνος, adnotauit. Video enim me studio tui obsequendi, vltra justam epistolæ magnitudinẽ prouectam esse, cætera ad nostrum colloquium seruabimus, quo tempore iste (si quid secus tibi quã mihi videatur) rursus ad incudem reuocabimus. Interim non desinam Deum clementissimum patrem, assiduè appellare; vt te magno totius huius ecclesiæ dispendio ἄφωνον factũ, eiusdem singulare ad emolumentum & consolationem pristinæ in prædicando Euangelio libertati restituat. Tu pro nostro amore videbis, vt mihi in mutuo pro me precandi officio respondeas: vt quem diuina clementia sinceritatis cursum ingressus sum, ad extremum vsq; teneam.

Vale. 3. nonas Septemb. An. 1585.

Tui amantiss. Frater
& in Ecclesiæ ministerio
collega. *Thomas Cartwright.*

D. FEN-

D. FENNER CHRISTIANO *LECTORI GRATIAM* ET PACEM A DOMINO.



Vod apud omnes in more ferè positum est, & à sanctis hominib. passim præstari intelligo; vt publici cuiusq; scripti causas iustas, rationesq; satis idoneas omnibus palam exponant: illud hoc tempore non illorum modo authoritate quæ magna est, à me efflagitatum; sed sacrosancta Dei lege omni exceptione maiori cautum & impositum mihi esse video. Nam cum spiritus sanctus per omnium qui vnquam extiterunt scriptorem sapientissimum, hominum in scribendo pruritum & petulantiam grauissima illa sententia coercere studuerit; qua faciendi libros multos nullum esse finem, multorum autem lectionem carni fatigationem *pronunciauit: multò magis & labores nostros inaniter impendere, & aliorum etiam iudicia temerè interpellare, vt impium & flagitiosum omnibus interdixit. Quare ne in hanc legem volens sciensq; peccare vedear; quæ de sequentis libri æditione causa ipsa suggesserit, ea breuiter perstringenda simpliciterq; omnibus proponenda esse duxi. Quæ omnia ad duo potissimū capita referri possunt. Quorū prius hanc quam nunc instituo scribendi formam; posterius verò præsentem meam operam attingit. Illud enim non superuacaneum modò, sed fortasse impium; hoc autem in nobis vt consilium audaciæ plenum nonnulli reprehendent. Prius cum maximi sit momenti & ad causam nostram vel stabiliendam vel prorsus euertendam comparatum; non sine clementissimi Patris prouidentia factum est, vt viri doctissimi ad me literis (quas illius in nos amore fretus edendas curaui) hoc satis abundéq; explicatum habuimus. Nam quod in nobis exile atq; ieiunum fuisset, id huius viri apud*

Eccl. 12.14.

omnes

omnes celebrata & solida eruditio sua authoritate gratiaq; resarciet. Hoc igitur omisso, ad alterum caput accedo. Quod dum apud me accuratiús expendo, multa sane inuenio quæ nonnulla veri similitudine aduersus institutum hoc meum obijci & afferri possunt. Quid enim est quod iuuenilis nostra ætas & tenuis admodum peritia, in negotio longè grauissimo sanctissimoq;, publico apertoq; cælo in oculis & auribus omnium exponere ausit? Quid quod palam immaturum nostrum iudicium doctissimorum multorum studio præferre & fortasse in hoc ipso conatu quorundam labores sanctissimos non sine aliqua iactantia & κενοδοξίᾳ, anteuertere videar? Horum certè prius ad me à scribendo deterrendū magnoperè; posterius maximè valere agnosco. Habeo tamen ex altera parte quæ me in hoc opere non sustinent modo & consolantur; sed etiam ad id quod cœptū est perficiendum impellunt. Vtcunq; enim Dei gratia summæ meæ imbecillitatis probè conscius sum, hæc tamen neq; ex mea tenuitate profecta, nec fœdis ijs vitijs coniuncta esse, liquidó (vt spero) constabit. Nam vt operam meam in hac arena per septennium desudantem, omnino taceam: aliorū certè & in incipiendo adiumenta, & in perficiendo labores, non sunt cælandi.

Postquam enim per annum vnum & alterum ad sacrosancta hæc studia animum meum applicuissem: hanc studendi rationem, quam aliorum exemplo, & mea in alijs studijs experientia, tum ad solidam eruditionem comparandā, tum ad iudicium quàm accuratissimè limandum optimam & expeditam esse edoctus fuissem, ad hæc itidem sancta & sanata studia afferre volui. Primò ergo apud me hanc operam nauabam; postea consilium collegis meis, iuuenibus pietate & doctrina ornatissimis communicaui, horum autem hortatu tanquam celeusmate quodam, ad remos vlterius impellendos excitatus; tandem tum in Academia, tum in alijs locis degentibus theologis præstantissimis dominique Iesu Christi militibus maximè strenuis nostra vtcunq; tenera & immatura exhibui. Hi pro summa sua qua erant humilitate, & ἐπιείκειᾳ christiana; mea etsi à rei dignitate & amplitudine longè distantia neq; fastidiosè auersabantur,

ne;

neq; sine optima διορθώσει & augmento magno, ad me remiserunt. Cum autem ab Academia Cantabrigiensi tanquã à nutricis dulcissimis vberibus auulsus, in alijs locis sedem collocare coactus sum; summa dei benignitate incidi in virum doctissimum ecclesiæ gallicanæ ministrum fidelissimum & optimum (qui ab eo tempore non minima ob euangelium pericula subijt & sustinuit) cuius non modò cõsilio sed maxima opera, priora illa immutata & aucta sunt vt cùm Deus daret ad iustam aliquam staturam perduci poterãt. Quo factum est vt ea alacrius quam antea, & multo maiori libertate viris qui apud nos sunt celeberrimis communicauerim, qui non minori diligentia næuos annotarunt, corrigendi rationem aperuerũt, magnum deniq; ad pergendũ animũ mihi dederunt. Atq; hæc fuerunt huius fœtus quasi semina quædam conceptionis actione efformata; sequuntur eius partus & ortus. Nam cum ecclesiæ cuiusdam votis vehementissimis, doctissimorum approbatione, & publica authoritate, ad docendi munus euocatus fuissem: sollicitis meis publicè docendi laborib. (quos illud officiũ requirebat,) vt adiumentũ propè singulare hunc etiam laborem adiunxi. Posteà dum proprijs vigilijs & doloribus hunc fructum parturio, alterius cuiusdam ministri Christi fidelissimi, Euangelij sancti præconis integerrimi opera adiutus, ad os vsq; matricis peruenit. Ab illo vero grauissima calamitate aliquandiu seiunctus tandem viri illius opera (cuius ad me literas appingi curaui) non sine summæ diuinæ benignitatis in me & multos (qui hunc librum auidè expectant) cumulo, tanquam obstetricis manu blanda & fidelissima, singula membra ad propriam quodammodo διάθεσιν ita efformata sunt, vt fœtus hic meus nunc lucem ferre, & cum aliqua iucunditate apud alios balbutire incipiat. Quare egò tanquam parens dulcissima, non quod meum sed aliorum referat ingenium, hoc fructu multum delectatus, consilium apud me de eo ex multorum diuitijs locupletando studiosè cœpi inire; ita tamen vt si ipsorum fuerit munificentia indignus, ad suos ædendos, meum autem in locũ obscuriorem religandum excitarem. Hoc autem quia non poterat ob amanuensium penuriã scripto fieri,

M. de Liques.

Iosias Nichols.

multorum desiderio, quorundam verò consilio, vt imprimatur curaui. Hoc vnum quærens, vt cum à multis non perlectus modo, sed digestus fuerit, quæ aliena sunt resecarentur: quæ desunt, ipsorum consilio & voluntate addantur omnia deniq; vel ad illorum placita abijcerentur vt his multò meis præstantioribus cedant: vel perficiantur in Dei gloriam & bonorum ædificationem. Hæc autem (Christiane lector) cùm á simplicitate & integritate sunt profecta, si tibi vlla ratione vtilia & profutura perspexeris, vt me precibus apud Deum nostrum clementissimum, consilio autem & quacunq; volueris subseciua opera in hoc opusculo vel expoliendo, vel nouum effingendo adiuues; quàm possum obnixè rogo. Londini Octobris 14. Anno vltimi temporis. 1585.

¶ IN THEOLOG. METHOD. CARMEN G.B. HERO. *ET ELEIG.*

Φίλτατος εἷς (φέννηρε) βροτῶν, ἐμῷ τ' οὐρανοποιῷ;
οὐρανοποιῷ γὰρ φίλτατα δῶρα δίδως:
φίλτατος ἀνθρώποις; τούτοις γὰρ φίλτατα πράξεις;
φίλτατος σὺν ἀνδρι, φίλτατος ἴσθι θεῷ.

Eiuſdem Aſclepi.

FOelix quæ tenuit linguă ſilentium,
Quæ ſic edocuit ſcribere dexteram,
Laxitis digitis plura patentia;
Quàm quum linguă ſuis libera vinculis.
Cedo mula loquens lingua retexuit,
Sed multum latitans penna recondidit
Diuerſis reſonant pulpita partibus
Veri,: carta tenet corpus, & integras
Partes, ſancta docet quas Theologia.
Vis puros homines? continet hic liber,
Vis lapſos homines Demonis artibus?
Vis ſaluos iterum ſanguine redditos,
Chriſti? vis rigidæ vincla adamantina,
Legis? vis leuiter colla prementia,
Et prædicta diu vis iuga vatibus
Sacris? tollo moras; omnia continet,
Claudunt viſceribus quæ ſacra biblia.
Sic (Fennere) tacens, non tacitus tamen
Viuis; nulla ſilet, qui ſilet omnia:

Plures

Plures ingenij comperis indices.
Mens nescit reprimi, nec mare turgidum:
Inclusum quoties sit, superat ripas:
Sic mens claustra fugit, sic cupit exitus.

Ogdoas G. A.

Ordine dispositam Phisicam Germania vidit,
Descriptam Logicen Gallica terra tulit:
Mensuras: numerosq; suos hæc protulit ætas,
Hæc ætas certa protulit arte sonos:
Ast inculta, iacet, diuina scientia, moles,
Quæ fuerat primo commemoranda loco:
Hanc benè digestam reddit cum fœnore Fenner
viue diu, laudes vrbis & orbis habes.

LIBER PRIMVS.

DE THEOLOGIA,

Cap.1.



HEOLOGIA est scientia veritatis quæ est de Deo, ad rectè beatèq; viuẽdum. Tit.1.1.1.Tim.3.16.& 6.4.2.Tim.2.18.2.Ioh.1.2.3.

Eius duo membra. { Primum de Deo. Secundum de actionibus Dei. }

Psal.78.7. Prou.2.5.10. Iud.2.10.Coloss.2.2. Deut.32.2.3.4.

Primum est quod omnia de Deo cognoscenda præcipit.Deut.29.29.

De Deo cap.2.

Deus est *a* spiritus, qui est *b* Eheje, id est *c* simplicissimus, *d* sanctissimus, *e* omni modo infinitus, & proinde *f* vnus. (*a*) Ioh.4.24. (*b*) Exod 3.14.Apoc.1.8. (*c*) Iob.4.16.21. Iacob.1.17. Esai.43.12. (*d*) Iacob.1.13. Mat.19.17. Apoca.13.4.Ios.29.19.Leuit.11.44.Iob.4.13.(*e*)Gen.14.18.19.Deut.10.17. Iob.36.26. Ier.9.6.Eccle.5.8.Iob.11.6.7.8. Esai.41.4.& 48.12. (*f*) Deut.5.3.& 32.39.Marc.12.32.1.Cor.12.6.Deut.32.12.

Atq; Deus cùm ex propria hac ipsius definitione infinitus sit: non nisi ab ipso, facie, id est, perfectè cõprehendi potest. Exo.33.23.1.Tim.6.16. Attamẽ in gloria sua creaturis se patefecit. Exod.33.13.18.19.23.

Gloria Dei eſt ipſius excellentia ſupra omnia aliquatenus manifeſtata, *Ibid.* Exod.24.16. Exod.33.18. Pſal.29.9.

Ea autem eſt { viſibilis. / inuiſibilis. } Exo.34.5.6.7.8. *cum* Rom. 1.20.

Viſibilis quæ poſteriorum manifeſtatio dicitur. Ea eſt gloriæ diuinæ manifeſtatio qua ipſa Dei σχῆσις (vt fieri & ferri poſſit) ſenſibus communicatur: quæ communicatio, præſentiæ ipſius & gloriæ diuinæ eſt & dicitur. Exod.33.18,19.20.21.22.23. Eſai.6.1. Ioh.12.41.

Hæc autem eſt vel { Clarior / Obſcura magis } Num.12.6.7.8. 1. Cor.14.12.

Clarior eſt apertiùs ipſius ſimilitudinem ſiue πρόσωπον, & tanquam os ad os ipſum intueri. *Ibid.* Dan.7.10, Mat. 18. 10. quæ ſemper & præcipuè in tertio cœlo, id eſt, ſupremo cœlo manifeſtatur. Pſal. 68.6.

Obſcura magis, quæ fit ænigmatibus tanquam per ſpeculum. Num.12.8. 1.Cor.14.12.

Inuiſibilis eſt, quæ intellectui per cognitionis media fit. Rom.1.20. Ioh.1 4.5.

Sic autem manifeſtata eſt vel { Ipſius θειότης. / θειότελος vnius & ſimplicis { attributum. / perſonæ trinitatis } } Philip. 2.6.

θειότης eſt ipſius Dei eſſentia vel natura. *Ibid.*

θειότελος attributum, quod Deo ad ipſum magis nobis declarandum verè attribuitur. *Ibid.*

Eſt

Est autem.
- In Deo.
- Extra Deum, vt ipsius nomen.

Exo.9.16.& 15.3. 1.Reg.8.42.8.Psal. 48.1.& Esai.51.15. 16.Ier.10.10. Zach.14.5.Mal.1.14.

In Deo attributum, est Diuinæ simplicissimæ essentiæ pro diuersa agendi ratione, diuersa & vera nobis σχῆσις & conceptio expressa.Rom.1.20.Phil. 2.6. 1.Ioh.1.5. & 1.Ioh.4.16. Esay.43.12.Pro.16.4. Ier.4.26.

De Dei attributis. cap.3.

Hinc origo simplicium actionum quæ Deo attribuuntur,huiusq; speciebus singulis referendæ sunt. Gen.7.1.& 6.6.Exod 32.34. Gen.30.22. Huius etiam omnes species in omnibus operibus Dei elucent: in quibusdam tamen, alia magis alia. Rom.9.22. Psal. 145.9.17.

Eius species sunt
- Omnisufficientia.
- Quæ præcipuè opera distingunt.
  - Bonitas.
  - Iustitia.

Psa.145. 7.Ex.33. 18. Psal. 106.3.4. 5.19.22. Ier.32.17.25.Nach. 1.2.3.Psal.89.14.15.16.

Omni sufficientia est essentia Dei sufficiens ad omnia.Gen.17.1.Mat.19.26.Luc.1.35.Iob.42.2.

Eius memb. sunt.
- Quæ pro captu humano, ad animum referuntur.
- Robur.

Iob.9.4 12. 13. Iere.10. 12.Pro.8.14.

Quæ ad animum referuntur, sunt quorum doctrina operum respectu est prior.

Ea sunt.
- Omniscientia Dei.
- Voluntas Dei.

Omniſcientia Dei, eſt eſſentia Dei ſufficiens ad omnia vno actu perfectiſſimè cognoſcenda. Heb. 4. 13.

Hæc ſapientia dicitur.

In hac continetur Dei veritas, qua eſſentia Dei in ſe certiſſimam omnium rerum idæam contineat. Eph. 1. 9. Eph. 3. 9. Hinc ergo Deus verus, conſtans & fideliſſimus. Deut. 32. 4. Numb. 23. 19. Rom. 3. 4. Pſal. 31. 6. Hæc cùm refertur ad actiones, membra habet. { Πρόγνωσις. Conſilium. } Act. 2. 23.

Πρόγνωσις, eſt eſſentia dei ad omnia futura, quæ omnino eſſe poſſunt præuidenda. Act. 2. 23. 1. Pet. 1. 2.

Conſilium, eſt eſſentia Dei ſufficiens ad rationem ſapientiſſimam omnium, quæ fieri poſſunt rectiſſimè videndi. Iob. 12. 13. Pro. 8 14.

Atq; hæc de omniſcientia Dei: Voluntas ſequitur.

Voluntas Dei, eſt eſſentia vno actu ad omnia liberrimè rectiſſimèq; volenda, ſufficiens. Pſal. 115. 3. Rom. 9. 10. Mat. 10, 29. Iaco. 4. 15. Dan. 4. 35. Eph. 1. 5. 9. 11. Acts. 1. 24.

Atq; hæc de primo membro omniſufficientiæ Dei.

Robur, ſecundum membrum omniſufficientiæ eſt eſſentia Dei potens ad vim ſufficientem in omni opere exerendam, Iob. 9. 4. Ier. 10. 12. Iob. 12. 13.

Hactenus de omniſufficientia: ſequitur de bonitate & iuſtitia præcipuè opera diſtinguentibus.

Quæ pro vario ſubiectorum incremento & decremento, magis minuſve in opere exeruntur. 1. Ti. 4. 10.

Bonitas eſt eſſentia Dei erga omnes creaturas beneſica. Pſal.34 9. Mat.5.45.

Ad bonitat. pertinent
- Quæ ſimpliciter creaturas reſpiciunt
  - Amor Dei.
  - Gratia Dei.
  - Tit.3. 4.5.
- Quæ creaturas vt ſunt miſeræ reſpicit, Miſericordia Dei. Tit.3.4, Pſal.100.5. Eph.2.4.5.1. Tim.1.2. *cum* Pſal.145.15.

Amor Dei, eſt eſſentia Dei immeritò omnes creaturas diligens. Mal.1.2.3. Tit.3.4.

Gratia Dei, eſt eſſentia Dei, omnes creaturas immeritò fauens. Ro.11.6. & 12.25. *cum* Pſal. 145.15.16.

Miſericordia, eſt eſſentia Dei omnium creaturarum miſerijs aliquo modo ſuccurrens. Exod.34. 5.6.

Atq; hæc de bonitate.

Iuſtitia Dei, eſt eſſentia Dei in omnibus æquè agens. Gen.18.25.

Iuſtitia duplex eſt
- Diſponens.
- Remunerans.
- Pſal.145.17.18. *cum* 20. ver.

Iuſtitia diſponens, eſt eſſentia Dei omnia in actionibus ſuis ad æquitatis normam diſponens. *Ibid.* Deut.32.4.

Iuſtitia remunerans, eſt eſſentia Dei creaturæ ſecundum opus reddens. Rom.2.26. Rom.2.5.

Eſtq; vel creaturæ reſpiciens
- Iuſtitiam.
  - Complacentia.
  - Agnitio remunerans.
- Iniquitatem.
  - Ira Dei.
  - Odium Dei.

Complacentia remunerans, est essentia Dei creaturæ iustitiam eiusq; respectu creaturam inquirens, vt mercedem rependat ad tempus. Psalm. 18.25.26. Rom.14.18. *cum* Math 10.41.42.

Agnitio remunerans, est essentia Dei creaturæ iustitiam magis magisq; exercentem acceptans, vt infinitè in æternum coronet.2.Thes.6.7.

Ira, est essentia Dei, creaturæ iniquitatem eiusq; respectu creaturã inquirens vt puniat. Rom.1.1. Ro.2.5.8.Deut.9.8.19.20.& 1.37.

Odium Dei, est essentia Dei iniquitatem semper eiusq; respectu creaturam magis magisq; delinquẽtem, in æternum auersans vt infinitè puniat.Mal.1.2.3. Iacob.9.13.

Hactenus de attributis in Deo: Extra Deum sequitur.

Attributum extra Deum, est attributum extra Dei essentiam. Est Nomen.

Nomen est memoriale de Deo in ipsius titulis. Exod.3.15.

Estq; duplex.	Ex Dei ipsius existentia. Ex actionibus sumptum.	Exod.3.15. Psal.68.5.6.
Primum autem est	Commune. Speciale.	Ioha. 1.1.

Commune est nomen, Deũ generaliter exprimẽs:

Cuiusmodi suntum	Essentiæ appellationes vt Heje, Iehouah, Iah, &c. Attributorum appellationes siue propriæ siue metaphoricæ, quæ ex verbi meditatione proprijs locis annecti debent.

Speciale

Speciale, ſunt perſonarum trinitatis appellationes, communes & ſpeciales; propriæ & figuratæ, quæ ſuis etiam ſubiectis apponi debent.

Ex actionibus nomen ſumptum, ſunt appellationes, quę pro varia agendi ratione, multiplicia de Deo ſignificant, & ſuis etiam locis reponendæ ſunt. *Mand. ſecund.*

Hactenus de Deitate vna, eiuſq; attributis: ſequuntur perſonæ trinitatis.

Perſonæ trinitatis ſunt 3. ὑποστάσεις, ἁπλῶς æternæ & æquales, vnius eiuſdémq; ſimplicis eſſentiæ vel θειότητος, incommunicabili proprietate inuicem diſtinctæ. Hag.2.4.5.1, Ioh.5,7. Mat.28.19. Ioh. 14.26. & 15.26. Heb.1.1.3, Ioh.1.1. Col.2.2. Philip.2 6. *Perſonæ trinitatis. cap.*4.

Hinc ergo communes ipſarum actiones ſimpliciter æternæ; & (vt vulgo dicitur) ad intra.

Sunt { Primę. / Inde ortæ. } Pro.8.22 30.

Primæ, quibus inuicem aliæ in alijs & apud alias manent, ſéq; inuicem poſſideant. *Ibid.* Ioh.1. 1. & 14.10.

Inde ortæ ſunt. { Inuicem communicandi actio. / Similis operatio emanans in res alias. } *Ibid.*

Inuicem communicandi actio, eſt qua gloriam inuicem apud ſe habent æqualem, & ſingulæ ſint ſingulis deliciæ æternæ. Ioh.17.5. Pro.8.30.

Similis operatio, eſt qua eadem ὁμοίως, id eſt, æqualiter, ſiue κατὰ τὴν τῆς ἐξουσίας ὁμοτιμίαν agunt. Ioh.5.19.

Hæ per- sonæ sunt vel { Pater. / Quæ sunt à patre. } Heb.1.3 Ioh.14.24.25.26.

Pater eſt prima perſona trinitatis,à quo ſunt reliquæ.Prou.8.22.23.Ioh.1.1.& 14.24.1.Cor.8.6.

Huic quaſi origo, & principium in rebus agendis attribuendum eſt,quia eas efficit à ſe per filium & ſpiritum ſanctum.Heb.1.1.Iob 26.13.

Huiuſmodi eſt pater.

A patre perſonæ, ſunt quæ ad ὑποςατικὴν existentiam, totam eſſentiam ab ipſo communicatam habuerunt.Ioh.5.18.19.Coloſs.2.9. Phil.2 6. Ioh.16.15.1.Cor.12.11.Act.5.3.4.Ioh.14.26.& 15.26.

A patre per ſe efficiunt.1.Cor.8.6.Heb.1.2.

Sunt { à patre ſolo; Filius. / à patre & filio;Spi. ſanctus. } Ioh.14 26. / Rom.8.11.

Filius eſt ſecunda perſona trinitatis à patre ab æterno genitus. Mat.3.17.Luc.2.49. Ioh.3.16. & 5.18. 1.Ioh.4.9.Heb.1.5.

Huic tribuitur tanquam diſpenſatio actionis à patre per ſpiritum ſanctum. Rom.8.11.Heb.1.2.

Spiritus ſanctus eſt tertia perſona à patre & filio procedens.Ioh.15.26.

Huic in rebus agendis tanquam conſummatio & perfectio attribuitur, cum efficit à patre & filio. Iob.26.13. 1.Cor.12.11.

Hactenus de prima parte Theolog.
Sequitur de ſecunda.

LIBER

LIBER SECVNDVS
De actionibus Dei.
Cap. 1.

SECVNDA pars Theologiæ, est quæ præcipit de actionibus Dei.

Actio Dei est ipsius effectus in omnibus ad gloriam suam patefaciendam. Rom. 11.35.

Actio Dei duplex est.	Decretum. Executio decreti.	Ephe. 1.11. Act. 4.28.

Decretum, est actio Dei pro voluntate sua omnia omniumq; circumstantias omnes, certo, immutabiliq; consilio ab æterno in sese definiens. Act. 2.23. & 15.18. Rom. 11.32.35.

Huic subijcitur Prædestinatio. Rom. 8.28.29.30.

Prædestinatio est decretum Dei, de æterna præcipuarum creaturarum salute & condemnatione. 1. The. 5.9. 1. Pet. 2.8. Iud. 4 Rom. 9.22.23. Act. 4.28. Mat. 25.34.41. Ephes. 1. 11.

Quò referuntur reliqua omnia tanquam ad finem proximum. Cuius etiam finis proximus (vt & aliarum omnium postremus) gloria Dei. Rom. 9. 17. 18.21.23.24. Prou. 16.4.

Eius duæ species.	Decretum electionis. Decretum reprobationis.	*Ibid.*

Decretum electionis, est prædestinatio ex εὐδοκίᾳ τοῦ θελήματος τοῦ θεοῦ, certos constituens eligere ad salutem æternam, proprijs medijs perficiendam ad gloriam gratiæ ipsius. Eph. 1.4.5.6.7.

Decretum reprobationis, est prædestinatio ex

 proposi-

proposito ad odium certos constituens reijcere ad damnationem æternam, ex ipsorum merito, proprijs medijs perficiendam ad gloriā iustitiæ ipsius. 1. Thess. 5.9. 1. Pet. 2.8. Iud 4.

Hactenus de decreto.

Executio decreti sequitur.

Executio Decreti est actio Dei, omnia prout decreta sunt, ἐνεργοῦσα, i. operans efficaciter. Eph. 1.11. Iosh. 22.3. Num. 24.23.

Eius membra sunt	Incipere, i. initium facere exequendi. Perficere, id est, absolutè implere.	Gene. 8. 14. 15. 17. 1. Sam. 2. 12.

Exequutionis species sunt.	Exequutio decreti Creationis. Exequutio decreti gubernat.	

Psal. 146.6.7. & Psa. 33.6.7.8.9. &c.

Exequutio decreti creationis est Creatio. Gen. 1.

De creatione. cap. 2. *Creatio* est executio decreti de cœlo, terra, omnibúsq; in ijs creaturis, ex nihilo valde bonis efficiendis. Gen. 1. Heb. 11.2.3.

Ea bonitas est excellentia naturæ, Dei efficaci operatione indita. Gen. 1.2.3.

Est	Generalis. Specialis.	Gen. 1.2.3.

Generalis est qua vniuersum opus generaliter ē sua integra natura valdè bonum. *Ibid. vlt.*

Specialis bonitas, est specialis & propria cuiusq; naturæ in singulis creaturis excellentia. *Ibid.*

Hæc in præcipuis creaturis, i. angelis & hominibus est earum sanctitas, siue *imago Dei.*

Imago

Imago dei eſt (*a*) præcipuarum creaturarum bonitas (*b*) Deum ſanctitate ſua referens. (*a*) Gen. 1. 26. Iob. 1. 2. Luc. 9. 26. 1. Pet. 1. 15. (*b*) Eph. 4. 24. Coloſſ. 3. 10.

Eius duo membra.	*Sanctitas* naturæ. *Sanctitas* actionū.	Eph. 4. 24. 25. Col, 3. 10. 11. 12. Gala. 5. 22.

Sanctitas naturæ earum, eſt primum membrum *imaginis dei*, Dei naturam ſanctitate omniū facultatum ὁλοτελῶν referens. 1. Theſ. 5. 23.

Eius duo membra.	*Sanctitas* intellectus. *Sanctitas* reliquarum facultatum eam ſequentium.	Pſal. 119. 15. 16. Pro. 2. 1. 2. 3. 4. Coloſſ. 1. 9. 10. Phil. 1. 10.

Sanctitas intellectus eſt primum membrum, pro ſimilitudine omniſcientiæ diuinæ ad ſanctitatem facultatum ſequentium generales omnium differentias rectè ἐπιγινώσκων. Rom. 2. 17. 18. 19.

Hæ generales differentiæ

ſunt	Primæ illæ	Veritas. Falſitas.	Rom. 2. 20. Prou. 2. 9.
	Secundæ	Bonum. Malum.	

Bonum eſt ſecunda generalis differentia, vnde res eſt recta ad Dei voluntatem, ab Apoſtolo dicitur, τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ ἀγαθὸν. Rom. 12. 2.

Eſt autem	τέλειον. καὶ εὐάρεστον.

Τέλειον eſt quum pro ſanctitate creaturis indita, abſolutum ſit. Rom. 12. 2.

Εὐάρεστον

Ευάρεςον est Deo amatum, prout est τέλειον. Heb.13.21.

Atq; huiusmodi est bonum.

Malum autem est quodcunq; se aliter habeat.

Atq; hæ sunt rerum generales differentiæ.

Eas rectè ἐπιγινώσκειν, est ad Dei similitudinem eas {approbare. / reprobare.} Col.3.10.

Ad Dei similitudinē approbare,est verum & bonum sibi expetendum secundum πνευματικὴν σύνεσιν καὶ σοφίαν, dijudicare.Col.1.9.

Reprobare contra.

Πνευματικὴ σύνεσις est veri & falsi, boni & mali καθόλου perspicientia. Hinc consideratio τοῦ ἔξεστι eius quod licet. 1.Cor.6.12.& 10.23.

Πνευματικὴ σοφία est veri & falsi, boni & mali perspicientia κατὰ μέρος pro omnium circumstantiarum ,id est,personarum, locorum, temporum vocationum,facultatum,finium vera differentia.2.Cor. 1.12.Coloss.3.16.& 2.4.

Huic consideratio τοῦ συμφέρου, eius quod expedit.1.Cor.6.12.

Huic subijciuntur res mediæ. *Ibid.* Rom. 14. 2. 5.13.*ad* 18.

Res mediæ sunt res licitæ, quarum vsus legitimus & illegitimus circūstantiarum conuenientia & inconuenientia,definitur. Rom.14.20.21.1.Cor.8.13.

Hic autem in circumstantiarum pugna & contrarietate, minores maioribus, pauciores pluribus cedant.Rom.14.21. Hhez. 8.22.

Atq;

Atq; huiusmodi est sanctitas intellectus.

Sanctitas reliquarum facultatum, est cum intellectus πληροφορίαν plenè sequatur. Luc.1.46.47.

Eius partes. { *Sanctitas* memoriæ. } Pro. 4. 4.
{ *Sanctitas* practicarum facul. }
Psal.119.10.11. *Ibid.* vers.16.

Sanctitas memoriæ, est qua rectè intellecta ita retinentur, vt etiam suo tempore ad sanctitatem practicarum facultatum semper recordentur. Prou.4.4. Num.15.39.40.

Sanctitas practicarum facultatum, est ex qua rectè intellectorum & memoria retentorum oriatur absoluta praxis. Pro.4.4

His adiuncta sunt. { Practicarum facultatum εὐταξία. }
{ Bona conscientia. }

Earum εὐταξία est earum omnium æquabilis ordinatio pro boni maliue magnitudine & paruitate. Mat.22.37.38.39.

Eius membra sunt. { Perfectio. }
{ Σωφροσύνη. }

Perfectio est primum membrum, qua fit vt vires abundent, minimè autem deficiant. Hinc toto corde diligere, amare, &c. 1. Chro.20.9. Ex animo. Eph.6.6. Totis viribus. Deut.6.5.

In bono amplectendo, alacritas, hilaritas, spontanea actio. &c. 2. Cor.9.7.

Quare etiã hinc præcipua actionum perfectio & æstimatio oritur, ita vt hæc, cùm necessariò absit, eius effectus pro ipso reputetur. Vndè etiam quisquis εὐπρόσδεκτος est pro eo quod potest, non autem

pro

pro eo quod non poteſt.2.Cor.8.12.

Σωφροσύνη eſt moderatio ne excedant.2.Tim. 1.7.1.Tim.3.2.Tit.2.5.12.

Atq; huiuſmodi eſt harum Eutaxia : *Bona conſcientia ſequitur.*

Bona conſcientia eſt conſcientia quæ coram Deo iuſtè ſemper excuſãs, animo teſtimonium lætũ affert. Act.23.1.& 24.16.2.Cor.1.12.8.Heb.13.18.1.Pe.3.21.

Hinc conſcientia læta, tranquilla, glorians. Rom.5. 1.2.1.Ioh.3.18.21.Pro.28.1.

Atq; hæ ſunt practicarum facultatum ſanctitatis affectiones communes :

Partes ſunt { *Sanctitas* voluntatis. / *Sanctitas* affectionum. }

Sanctitas voluntatis eſt quæ omnia approbata (*a*) purè vel propter ſe eligit; (*b*) alia verò ſimiliter rejicit; (*c*) de incertis rectè ἐπεχει. (*a*) 1.Chro.29.9. 17. (*b*) Pſal.119.28. (*c*) Phil.1.23.24.

Sanctitas affectionum, eſt qua omnes affectiones pro vniuſcuiuſq; ſpiritus incitationis rectitudine rectè mouentur. 1.Theſ.5.23.

Eſtq; vel eorum quæ mouentur { Rei conſtitutione. / Qualitatibus boni & mali. }
Pſal.119.27.128.129.

Quæ mouentur rei conſtitutione

vel { Extraordinariæ, vt admirationis. / Ordinariæ, vt cõmunis æſtimationis. } Mat.7. 28.29.

Admirationis *ſanctitas*, eſt, quum ſpiritus rei nouitate iuſtè afficitur. Vnde etiã cùm iuſtè augetur, ſancta ſtupefactio eſt. Mat.8.10.Luc.4.32.Act.3.10.

Alterius

Alterius *ſanctitas* eſt cùm ex communi & vſitata rei conſtitutione animus afficiatur. Eccle.7.16. 17.Act.20.24.

Sanctitas affectionum quæ mouentur qualitatibus boni & mali, eſt cùm ex recta voluntatis electione ad bonum; reiectione verò in malum, moueantur. Pſal.34.14.15.Oſe.5.15.Rom.12.9.

Ea autem eſt { Primarum. / Ortarum à primis. } Pſal.2.11.

Eaq; rurſus eſt vel { Simplicium. / Mixtarum. } 1.Ioh.4.8.

Simplicium *ſanctitas*, eſt qua ſimpliciter & rectè mouentur erga bonũ & malum. *Ex conſequẽt.*

Eſt autem { Amplectentium. / Declinantium } Rom.12.11.

Amplectentium eſt qua ad bonum rectè electũ, probè amplectendo mouentur.

Declinantium contra,

Eſtq; vtriuſq; *ſanctitas* vel earum quæ verſantur circa ſubiectum. { præſens. / abſens. } Act.9.31.

circa præſens { Bonum, lætitiæ. / Malum, { triſtitiæ. / miſericordiæ. } } 2.Cor.7.9. cum 1. Pet.1.6.

Lætitiæ, eſt qua bonum præſens animæ quadam iucunditate recta amplectatur. Quæ ſi continuatur gaudium, ſi augeatur exultatio: vndè etiam gloriatio dicitur. 1.Theſ.2.19.20.1.Pet.4.13.

Triſtitiæ eſt cùm animus præſens malum rectè

auerſatur,

auersatur.2.Cor.7.11. Hæc autem rectè continuata, dolor & mœstitia secundum Deum: aucta, lamentatio secundum Deum dicitur. Ioh.16.20.

Hæc autem rectè moderatéq; temperata, patientia est.Iac.1.4.

Misericordiæ est, qua miserias rectè animi commiseratione auersant. 1.Ioh.3.17. Hæc si augeatur, viscera misericordiæ dicitur. Philip.2.1.Col.3.12.

Atq; hactenus de ijs quæ circa subiectum præsens versantur.

Earum quæ circa absens versantur est earum quæ

circa { præteritum. / futurum. }

Earum quæ circa præteritum, est cùm lætitia & tristitia rectè ex boni maliuè præteriti recordatione incitentur.2.Cor.7.13.14.

Earum quæ circa futurum versantur est

vel { certarum. / vagantium. } Iacob.1. 6.

Certarum quæ obiectum certò futurũ rectè amplectantur & declinant: sunt { Fiduciæ. / Spei. } Psal.33. 20.21.

Fiduciæ *sanctitas*, est qua animus de bono certò futuro rectè acquiescat. Phil.2. 19. De futuro incerto rectè dubitat vel vacillat.Act.10.19.

Spei *sanctitas* est cùm rectè ad bonum certò futurum expectandum excitatur.Rom.8.21.

Hæc aucta, intenta expectatio seu ἀποκαραδοκία. Rom.8.9.Phil.1.20.

Atq; hæc est sanctitas amplectentium.

Decli-

Declinantium est vel { Desperationis. Timoris. }

Desperationis est cùm rectè animus sui pendet. 2.Cor.1.9.

Timoris est qua animus rectè ex impendenti malo ægrè afficitur.2.Cor.11.3.

Hinc studium, solicitudo &c.1.Cor.7.11. Si malum sit turpitudo, pudor dicitur. Marc.8.38. Quod etiam ex malo præterito est.Rom.6.21.

Atq; huiusmodi sunt certæ.

Vagarum *sanctitas* est cùm animus rectè afficitur erga bonum & malum certò vel incertò futurum.1.Cor.29.& 3.

Estq; { Desiderij. Recusationis. }

Desiderij *sanctitas*, est cùm animus rectè appetit bonum verum, certum an incertum. Psal.27.4.

Recusationis contra. Act.20.33.

Atq; huiusmodi est sanctitas *simplicium affectionũ.*

Mixtarum *sanctitas* est, cùm animus rectè afficitur, circa bonum & malum, præsens, præteritum & futurum. *Ex sequentibus.*

Sunt autem earum quæ circa { Bonum. { Amoris. Reuerentiæ. } Malum. { Odij. vilis æstimationis. } }

Rom.7.15, Eph.5.3.29.

Amoris *sanctitas*, est qua animus ex boni præsẽtis absentisuè naturæ integræ iucunditate afficitur. Psal. 16.8.

Reuerentiæ est, qua animus ex boni præsentis absentisuè vel dignitatis exuperantia, integra obseruantia afficiatur. Heb. 12.28.

Odij *sanctitas* est, qua malum præsens absensuè animus rectè auersetur. Hæc si rectè augeatur, abhominatio sancta, vel fastidium est. Psalm. 139. 21.22.

Vilis æstimationis, cùm animus ex nulla rei præstantia vel fœditate ad declinandum, rectè moueatur. Esai. 30.22. Phil. 3.8.

Si augeatur, contemptus est.

Atq; hæc de primarum sanctitate:
Sequitur ortarum à primis.

Ortarum à primis *sanctitas*, est earum quæ oriuntur vel { a primis tantum. { iræ. ἐυδοχίας. } 2. Cor. 7. 11. Ephe. 4.26. / ab alijs etiam. }

Iræ *sanctitas* est, cùm animus ex iusta tristitia & desiderio mali rependendi afficiatur. Marc. 3.5. cùm augeatur rectè, sancta indignatio. Marc. 10.14. Eiúsq; effectus ἐκδίκησις iusta. 2. Cor. 7.11.

Ευδοχίας *sanctitas* est cùm animus rectè afficiatur ex sancta delectatione boni, & desiderio illius remunerandi. Pro. 14.35.

Ex primis & alijs etiam, affectionum *sanctitas* est { Zeli. χλίανσεως. } Iac. 1.19.

Zeli *sanctitas*, est cùm spiritus ex sancto amore boni, & ira in malum, vehementer afficiatur, vel intendatur. Apoc. 3.19. Psal. 68.10. Ioh. 2.17.

Hæc

Hæc in coniugio zelotypia.Gal.4.17. *Mand.2.*

χλίανσεως *sanctitas* est ex sancto defectu iræ & amoris vlciscendi.Num.12.3.Apoc.3.16.

Atq; hæc est sanctitas *omniũ facultatũ: ex cuius assidua exercitatione varij habitus vel* ἕξεις *oriãtur; vt ex amore charitas &c: ex timore vigiliæ continuæ ad custodiã animæ in totius sanctitatis securitatẽ: quæ omnes proprijs affectionibus referri debent à legentibus.*

Hactenus de sãctitate *naturæ creaturarũ præcipuarũ. Sequitur de sanctitate actionum earum.*

Ea est obedientia.

Obedientia est cõformatio perfecta, omniũ motuum & actionum puræ creaturæ; ad totũ opus approbatum perficiendum, ad gloriam dei.1.Cor.6.20. & 10.31.Col.3.17.1.Sam.15.22.1.Cor.7.17.18.19.Mat.6.10.Num.15.39.Psal.103.20.

Huius habitus internus & maximè cõmunis, (cuius vi ceteræ omnes adiũctæ affectiones habitúsq; rectè mouentur; ita vt synech.pro cæteris omnibus ponatur) est charitas.1.Cor.13.14.1.2.3.4.5.6.&c.

Charitas est habitus amoris, erga deũ supra omnia, erga præcipuas creaturas atqui erga seipsas; ita tamẽ vt dispẽsatio propria cuiq; a deo attributa, nec tollatur nec peruertatur. Gal.5.14. Leu.19.18. Mat.22. 23. Marc.12.31. 1.Reg.17.11.12.13.14.15.

Eius mẽbra sunt { Pietas. / Iustitia. } Luc.1.75. Ephe.4.24.Tit.2.12.

Pietas est primũ mẽbrũ obediẽtiæ in officijs quæ ad deũ spectãt.1.Ti.2.2. Tit.1.8.& 2.12.Apo.5.11.12. *De pietate.cap.3.*

Officia quæ ad deũ spectãt, sunt officia præcipuarũ creatu-

Reuerentiæ est, qua animus ex boni præsentis absentisuè vel dignitatis exuperantia, integra obseruantia afficiatur. Heb. 12. 28.

Odij *sanctitas* est, qua malum præsens absensuè animus rectè auersetur. Hæc si rectè augeatur, abhominatio sancta, vel fastidium est. Psalm. 139. 21. 22.

Vilis æstimationis, cùm animus ex nulla rei præstantia vel fœditate ad declinandum, rectè moueatur. Esai. 30. 22. Phil. 3. 8.

Si augeatur, contemptus est.

Atq; hæc de primarum sanctitate:
Sequitur ortarum à primis.

Ortarum à primis *sanctitas*, est earum quæ oriuntur vel { a primis tantum. { iræ. / εὐδοκίας. } 2. Cor. 7. 11. Ephe. 4. 26. / ab alijs etiam. }

Iræ *sanctitas* est, cùm animus ex iusta tristitia & desiderio mali rependendi afficiatur. Marc. 3. 5. cùm augeatur rectè, sancta indignatio. Marc. 10. 14. Eiúsq; effectus ἐκδίκησις iusta. 2. Cor. 7. 11.

Εὐδοκίας *sanctitas* est cùm animus rectè afficiatur ex sancta delectatione boni, & desiderio illius remunerandi. Pro. 14. 35.

Ex primis & alijs etiam, affectionum *sanctitas* est { Zeli. / χλίανσεως. } Iac. 1. 19.

Zeli *sanctitas*, est cùm spiritus ex sancto amore boni, & ira in malum, vehementer afficiatur, vel intendatur. Apoc. 3. 19. Psal. 68. 10. Ioh. 2. 17.

Hæc

Hæc in coniugio zelotypia.Gal.4.17. *Mand.2.*

χλίανσεως *ſanctitas* eſt ex ſancto defectu iræ & amoris vlciſcendi.Num.12.3.Apoc.3.16.

Atq; hæc eſt ſanctitas *omniũ facultatũ: ex cuius aſſidua exercitatione varij habitus vel* ἕξεις *oriãtur; vt ex amore charitas &c: ex timore vigiliæ continuæ ad cuſtodiã animæ in totius ſanctitatis ſecuritatẽ: quæ omnes proprijs affectionibus referri debent à legentibus.*

Hactenus de ſãctitate *naturæ creaturarũ præcipuarũ. Sequitur de ſanctitate actionum earum.*

Ea eſt obedientia.

Obedientia eſt cõformatio perfecta, omniũ motuum & actionum puræ creaturæ; ad totũ opus approbatum perficiendum, ad gloriam dei.1.Cor.6.20. & 10.31.Col.3.17.1.Sam.15.22.1.Cor.7.17.18.19.Mat. 6.10.Num.15.39.Pſal.103.20.

Huius habitus internus & maximè cõmunis, (cuius vi ceteræ omnes adiũctæ affectiones habitúſq; rectè mouentur; ita vt ſynech.pro cæteris omnibus ponatur) eſt charitas.1.Cor.13.14.1.2.3.4.5.6.&c.

Charitas eſt habitus amoris, erga deũ ſupra omnia, erga præcipuas creaturas atqui erga ſeipſas; ita tamẽ vt diſpẽſatio propria cuiq; a deo attributa, nec tollatur nec peruertatur. Gal.5.14. Leu.19.18. Mat.22.23. Marc.12.31. 1.Reg.17.11.12.13.14.15.

Eius mẽbra ſunt { Pietas. / Iuſtitia. } Luc.1.75. Ephe.4. 24.Tit.2.12.

Pietas eſt primũ mẽbrũ obediẽtiæ in officijs quæ ad deũ ſpectãt.1.Ti.2.2. Tit.1.8.& 2.12.Apo.5.11.12. *De pietate.cap.3.*

Officia quæ ad deũ ſpectãt, ſunt officia præcipuarũ

 creatu-

creaturarum quæ soli Deo omni ex parte immediatè debentur. *Ex præced. ex legis distrib. & primæ tabulæ sensu.* Mat.4.10. Deut.6.13.14. & 10.20. Apoc. 22. 8. & 19. 10.

Hæc in æqua comparatione

sunt { Prima. / Præcipua. } Mat.22.38. & 23.33.

Prima esse, est primò deberi vt primò impleantur. Math.7.33.

Præcipua esse, est naturæ dignitate antecellere, ita vt viribus magis intentis & incitatis, pietatis officia quàm iustitiæ impleantur. *Ibid.*

Æqua comparatio est comparatio totius pietatis cum tota iustitia, earum partium cum partibus analogis: vt similiũ cum similibus, nempe internarũ cum internis; externarum cum externis; minimarum cum minimis; maximarum cum maximis. Mat.12. 3.4.7. Exod.22. 19. 20. Leuit.5.22.

Maximæ autem sunt quæ primo, minimæ quæ secundo loco recensentur. *Hæc probat mandatorum ordo in decalago.*

Officia pietatis sunt quæ { Circa personam Dei. / Circa diuinæ gloriæ media, versantur. } Deut.6.13. & 10. 20.

Circa personam Dei, sunt quæ directè in personam Dei feruntur. *Ibid.*

Ea sunt { Cognoscere Deum. / Adhærere Deo. } Psal.36. 10.11. 1.Chro.28 9.

Cognitio Dei, est intelligentia de Deo, eiusq; attributis & actionibus perfecta. Ier.9.24. Ose.4.1.

Adhæ-

Adhærere Deo, est cùm memoria, voluntas, affe- ctiones, actionésq; omnes in Deum eiúsq; fauorem, præsentiam, beneficentiam, creaturis præcipuis necessariam, supra omnia & semper ferantur: vt deum, eiúsq; fauorem, præsentiam, beneficentiam, in memoria retinere, eligere, amare, diligere, expetere, desiderare, in ipsis delectare, gaudere, lætari, exultare, ipsa flagrare, in ipsis complaceri, acquiescere, ipsorum zelotem esse, in ipsis spem, fiduciam collocare, ipsis niti, Deum reuereri, *a* timere, ne ipsi displiciamus; cum Deo déniq; continenter ambulare. i. ipsum omnium motuum, actionúmq; omnium sapientia approbantem, prouidentia dirigentem, & continuò benedicentem sentire. Pro. 3. 6. & 16. 3. Ge. 5. 22. & 11. 44. & 17. 1. & 48. 15. Nu. 15. 39. Psa. 37. 3. 4. *a* Exo. 20. 20.

Atq; hæc sunt officia quæ versantur circa personã dei.

Quæ versantur circa *media* gloriæ diuinæ, sunt quæ minus directè in Deum feruntur. 1. Pet. 1. 12. Eph. 3. 10. Psal. 8. 3.

Sunt autẽ { Circa media ipsa, quæ per metaph. vel Synech. nomen dei dicũtur. Psal 8. 2. 2. Chro. 6. 32. Mal. 1. 11. Act. 9. 15. | Circa legitimum mediorum vsum, qui & nominis sanctificatio dicitur. } *Mand.* 2. *&* 3. Luc. 2. 10. Ier. 4. 2.

Circa *media* ipsa vnicum est officiũ, nempe supra omnia huius vitæ cõmoda, memoriæ, voluntatis, affectionũq; omnium ἐνεργία, *media* omnia, prout à Deo constituta sunt, exercere. *Mand.* 2. 1. Chron. 15. 13. Exod. 23. 13. 14. Deut. 4. 12. 13. Psal. 27. 4.

Media prout conſtituta

ſunt	Quæ deus præcipuis creaturis cōce-(dit.		Deu.
	Quæ ab ipſis requirit.		13.11

Quæ Deus concedit eſt nomen, tum in titulis, tum in operibus. Pſal. 8.

Quæ ab ipſis requirat, eſt horum recta applicatio. Deut. 6.11.13.

Eſt autem vel	Solitariò.
	Cum alijs.

Solitariò, vt horum conſideratio & meditatio. Pſal. 57.3. & 58.11.10.

Cum alijs eſt erga	Homines.
	Deum.

Erga homines, vt horum vſus in hortando, docendo, meditando, &c. Pſal. 9.17.

Erga Deum	Vtriuſq; in iuramento.	1. Sam. 20 3.
	Titulorum tantum in precatione.	Pſalm. 68.4. 5.

Iuramentum eſt ſolius dei nominis, eóq; ipſius vt veri falſiq; teſtis, & remuneratoris, atteſtatio. Mat. 5. 34.35. Iac. 5.12. Mat. 23.21.22. Gen. 31.53. 1. Cor. 15.31.

Hinc pro rei amplitudine nomen inſignius pro nomine magis auguſto, iuramentum etiam ſacratius & maiore religione colendum. Mat. 23.17.19.

Hîc etiam (prout cauſa poſtulat) iuramento execratio adiungitur. Neh. 10.30.

Execratio eſt qua quis ſe, ſuáq; omnia anathemate conſtringit. *Ibid.*

Precatio eſt inuocatio Dei ſolius, per ipſius titulos de rebus ex voluntate Dei neceſſarijs. 1. Ioh. 5.14. Pſal. 116.13.

Neceſ-

Necessaria autem sunt

vel ea { Quæ ad Deum spectant primò & præcipuè / Quæ ad creaturas secundò & remissius } præstanda.

Exod.22.32.Rom.9.3.Math 6.10.11.

Precationis species sunt { *Petitio.* / *Gratiarum actio.* } Phil.4.6. 1. Tim.2.1.

Petitio est precatio de ijs quæ desunt.Rom.8.26. Psal.6.7.8.Dan.9.18.13.

Quod si bona petantur ἐντεύξις: si mala deprecentur, δεήσις est.1.Tim.2.1.

Gratiarū actio est precatio de beneficijs promissis vel collatis.Psal.103.1.& 108.3.Eph.5.19.

Hinc Deum laudare, celebrare, extollere, magnificare, atq; huius generis infinita.

Huius autem forma specialis est, vt Deo tribuatur; Primò, in omnibus regnum, i. rerum omnium gubernatio; Secundò, potentia omnis qua aguntur; Tertiò, gloria, i. laus & honor indè emergentes.1.Chro. 29.11.Iud.25.Apoc.4.11. *clausula orationis dominicæ.*

Hactenus de officijs circa media ipsa.

Sequitur de legitimo illorum vsu.

Officium circa illorum vsum est recta creaturæ *dispositio* ad illorum vsum.Eccl.9.4.& 5.1.Exo.20.7. & 23.13.Psalm.9.17.& 19.15.2.3.4.

Nominis sanctificatio dicitur.Exod.20.7.

Ea duplex est. { Extra actionem. / Cum actione coniuncta. } Eccle.5.1. 17.

Extra acti-onem est { *Præparatio.* / *Fructus perceptio.* }

Præparatio est dispositio præcedens actionem vt rectè fiat. Eccl.5.1. Exo.19.10.11.

Fructus perceptio est post actionem, cùm finis actionis sacræ obtinetur. Psal.78.6.7.

Cum Actione coniuncta, est dispositio creaturæ in ipsa actione pro propria cuiusq; actionis natura. Apoc.5.9.10.11.12. 1.Pet.1.12. Luc.2.13.

Atq; huiusmodi est generalis mediorum vsus:

Specialis sequitur, ac primò de titulorum & operũ vsu; secũdò de precationis vsu; atq; primo rursus loco de simplici eorum vsu: postea de juramento.

In simplici titulorum vsu specialis *præparatio* est, qua animus vel ex debita præmeditatione, vel grauiori aliqua causa excitatur. Psalm.19.15. & 57.8. Rom.9.5. 2.Chro.24.22.

In simplici operum vsu *præparatio*, est seria de Dei gloria in ipsis lucente, meditatio, quæ animum ad ea penitùs peruestiganda excitat. Rom.1.20. Psal. 104.24. Psal.9.17.

Fructus perceptio vtriq; communis est

duplex. { Primus, vt dei gloria celebratur, prout elucet in vnoquoq; titulo & opere. Secũd. ad homines vt pro vniuscuiusq; tituli & operis natura, authoritas & fructus ad sanctitatis incrementum habeatur. } Psalm.3.4. & 20.8. & 118. 12. 1.Chron. 17.27. Psalm. 145.11.12. & 78.7. Deut.4. 9. Psal.64.9. 10.

In

In solitario tituli vsu *dispositio cum actione cõiuncta* est sensus gloriæ Dei, quæ in propria cuiusq; nominis (quo vtimur) natura emicat. Zacha.3.2. 2. Chro.24.22.

In solitario vsu operis *dispositio cum actione cõiuncta*, est cum reuerentia & iucunditate omnia in ijs intentè animo συμβαλλεῖν. Luc.2.19. 1.Pet.1. 12.Psal.64.10.11.& 104.34.Psal.9.17.

Specialis præparatio in iuramento est Dei, rei, omniúmq; aliarum circumstantiarum, diligentissima præconsideratio, vt iuramentum perspicuum sit, & omnibus ambagibus liberũ. Gen.24.5.Ios.2.17.18.19.

Specialis in juramento *fructus perceptio*, est stabilimentum veritatis valde necessariæ, quod conuenienter; nõ nisi juramenti testimonio fieri potest. Ier. 4.2.Heb.6.16.

Dispositio cum actione coniuncta, est totius creaturæ *dispositio* vera ad sanctificandum nomen dei in negotio ipsius iuramenti. Ier.4.2.

Atq; hactenus de titulorum & operum vsu: sequitur de precationis vsu, atq; primò generaliter: Secundò in vtraq; precationis specie

Præparatio precationi communis, est qua tum ex maiestatis diuinæ, (quam aloquimur) tũ ex volũtatis diuinæ (qua in precibus vti debemus) seria meditatione animus ad *coniunctam cum actione dispositionem* excitatur. Eccl.5.1.

Fructus perceptio est qua in gloriã Dei ex beneficio promisso vel collato, animus ad alia precanda confirmatur. 1.Reg 5.23.24.25. Gen.32.9.

Cum Actione coniuncta dispositio, est cùm precatio ex fiducia certa sit ἐνεργουμένη. Iac.5.16. Ephe.5.19.20. 1.Tim.2.8.

Atque hæc est communis precationis vsus:
Sequitur specialis; ac primò petitionis, *secundò* gratiarum actionis.

Præparatio in petitione specialis, est diligentissima diuinæ αὐταρχείας & propriæ necessitatis præconsideratio. Psal.27.1.7.

Hinc fructus perceptio specialis, est ex patientiæ expectatione in petitionibus ad gratiarum vsq; actiones perseuerentia. Luc.11.5.14.

Cum actione coniūcta dispositio specialis, est ex vero indigentiæ sensu, animi in petendo ardor. Rom. 8.26.27. Iac.5.16.

Specialis in *gratiarū actione præparatio*, est diligentissima Dei gloriæ & fauoris in beneficio promisso aut collato, præconsideratio. Psal.16.1.4.8.&c.

Hinc *fructus perceptio* specialis, est animi ad nouas petitiones certior confirmatio. Ge.32.10.11.&c.

Cū Actione cōiūcta dispositio, est ex vero & jucundo gloriæ fauorisq; diuini sensu, animi in gratijs agendis lætitia & ardor. Psal.16.9. Psal.19.15.2.3.4.

Hactenus de Pietate: Sequitur de Iustitia.

De Iustitia. cap.4.

Iustitia est secundū mētrum obediētiæ de officijs mutuis inter creaturas præcipuas. 1.Tim.2.2. Tit.1.8.

Officia mutua inter creaturas præcipuas, sunt officia eorum pro sua conditione inter se perfectè, vt sibi præstanda. Apoc.22.8.9. Gen.16.7.

Sunt autem { Communia. Specialia. } 2.Reg.6.17. Gen.19.15.16.17.18. 2.*Tab: legis.*

Rom.13.6.7.8.9.

Communia quæ communiter omnibus debita ſunt.

Et fiunt { Admonitione. Gen.19.15. 16.17.18. / opere, { *precatione.* / alio adiumento } } Luc.1.28.29. 30.31. Math. 5.44.45.

Sunt autem communia debita vel

circa { perſonam. / perſonæ *adiuncta.* } 2.Reg.19.35. *Mand.* 6, 7. Ephe.4.27.28.

Circa perſonam vnicum eſt, nempe totius perſonæ bonum curare, & procurare. Gal.6.10.

Et ſunt, { Præcipuum, vt Caſtitas. Gen.24.7. / Minus præcipua bona. } Dan.9.23.& 7. 18. 2.*ta.mãd. generalia.*

Caſtitas eſt ea puritas creaturæ, quæ ab omni aliena voluptate creaturarum coitum ſpectanti ſit ſegregata. 1.Theſ.4.3.4.5.

Minus præcipua bona ſunt { Bona vitæ. / Fama. } *Mand.* 8. 9.

Atq; hæc ſunt communia officia iuſtitiæ : *quorum omnimu etſi inter ſe ex communi lege vt conſequentiæ ordine, ita præſtantiæ dignitate, antecedunt : tamen quia natura ſpecialibus notiora ſunt; anomaliã aliquã ſortiuntur, ita vt ordine priora, dignitate autem poſteriora ſunt.* Eph.5.1.2.20.21.22.

Specialia *iuſtitiæ* officia, ſunt officia mutua à deuinctis inter ſe ſpeciali vinculo præſtanda. Rom.13.7.

Ita deuincti ſunt. { Æquales. / Inæquales. } *Ibid.* Eph.5.21.22. Gal. 6.6.10. Apo.22.9.

Æquales qui vinculo æquali diuinciũtur. Mat.23.8. Eph.5.21.

Inæ-

Inæquales qui inæquali.

Inæquales sunt { Superiores. / Inferiores. } Ephe.5. 22.23.

Superiores sunt qui ex inæquali vinculo antecellunt. *Ibid.* Inferiores contra. *Ibid.*

Speciale iustitiæ officium

est { Omniũ specialiter deuinctorũ cõmune. / Singularum specierum proprium. } Rõ. 13.7

Commune hoc est, omnia communia iustitiæ officia, pro specialiter inter se deuinctorum speciali ratione mutuò præstanda. Rom. 13.7.

Singularum specierum proprium, est quod ex speciali vnoquoq; vinculo tantum, & ita inter se tantum deuinctis debetur. Rom. 13.7.

Hactenus de imagine Dei, *prout omnibus præcipuis creaturis est communis &c.*

Sequitur de huius affectionibus communibus.

Communes affectiones

sunt { Prima, qua præcipuæ creaturæ ἀμεμπ7οι sunt coram Deo. / Secunda in ipsis *vita Dei.* } Iud. 24. Ephe. 4. 18. *&* è *Contr.* & Iud. 6.

Prima est, qua coram Deo omni reprehensione liberæ, pro εὐδοκίᾳ ipsius erga eas remunerentur *vita Dei.* 1. Thes. 5.23. Luc. 9.13.

Vita dei est vita creaturæ præcipuæ ex *dei* κοινωνίᾳ beata. 1. Pet. 4.6. 1. Ioh. 1.3. Eph. 2.6. Mar. 12.25.

Κοινωνία *dei* cum creaturis præcipuis est κοινωνία, quam pro propria cuiusq; differẽtia ratione propria, prout possunt, cum ipso habent. *Ibid.* Psal. 68.18.

Hinc

Hinc *vitæ Dei* duo membra { *Fælicitas.* *Gloria.* } Mar.12.25.1.Cor. 15.41.43.

Fælicitas est primum membrum, quo creaturæ precipuæ optimè se habent.Mat.22.30.Psal.65.5.

Gloria est secundum membrum quo splendidè & decorè se habent.Luc.9.13.1.Cor.3.18. *De Angel. Sanct. cap.5.*

Hactenus de imagine dei *prout est communis & æterna,eiusq; affect. communibus & æternis: Sequitur prout est Specialis.*

Specialis est in { Angelis. Hominibus. }

In angelis speciale considerandum est primum quod ad *imaginem Dei* attinet : secundum quod ad *vitam dei* attinet.

Quod ad *imaginem Dei* speciale hoc est, eos prout sunt(*a*) spiritus incorporei, (*b*)potentiores, (*c*)maioris gloriæ,(*d*)excellētius omnia *sāctitatis* officia,(*e*)omnéq; ministerium præstantius ipsis quā hominibus impositum(*f*)ad præsentem singularémq; quemcunq; Dei nutum præstare.(*a*)Iob.4.18.19. Heb.2.16.Col.1.15 (*b*)1.Pet.2.22. 2.Thes.1.7.(*c*) Esay.6.2. Dan.11.5.6. Act. 6.15. 1. Cor. 13.1 Luc.2.9. 13.(*d*)Gal.1.8.9. Marc 13.32.(*e*)Luc.9.13.Mat.26.53. Psal.68.18. Gen 32.1.2. (*f*) Dan.9.22.23. et 10.12 11. Mat.26. 53.et 24.31.(*a b c d e f*)Psal. 103.20.

In angelis speciale quod ad *vitam Dei* attinet, hoc est { Primo,in κοινωνία Secundo in *vitæ* partibus. } Math.22.30. Iud.6.

Κοινωνία specialis est qua Deo in cœlis continenter attendentes,gloriosam ipsius præsentiam clarius

communicant.Mat.18.10.Psal.68.18.Dan.7.10.Marc. 12.25.

Vitæ partes speciales sunt	*Fælicitas*	perfectior.	
	Gloria		

Fælicitas perfectior, est quæ à creatione in æternum ab omnibus humanis necessitatibus segregata sit. Mat.22.30.

Gloria perfectior, est quæ est ἐπουρανίη prorsus & spiritualis. Luc.2.13.& 9.26.

Atq; hæc generalia sunt omnibus angelis (a) quorū est aliqua distinctio pro donorū & ministerij discrepantiâ: vt (b) alios nempe esse simpliciter angelos: alios sublimiora consecutos, vt rursus alios Deo esse tanquam θρόνους; alios ob sua dona & ministeria, primò κυριότητας: secundò ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας (c) quorum scientiam distinctam & definitā (cùm a Deo nobis non sit patefacta) eam inquirere impium est. (a) Col.1.16. cum .2.15. &c.Rom.8.38.cum.Mat.25.4.(b)Rom.8.38.cum. Col.1.16.cum.1.Thes.4.16.(c)Col.2.18.

Hactenus de imagine Dei *prout specialis est angelis: sequitur prout specialis est hominibus.*

Eius autem leges sunt	Communes.	Iud 23.24.	
	Speciales.	1.Thes.9.21.23.	

Vniuersæ *Sanctitatis* lex cōmunis hæc est, (a) omnia corporis membra eorúmq; singulorum actiones omnes; (b) totáq; deniq; totius hominis natura omnia aptissima adiumenta & instrumēta ad suam sanctitatē extrinsecus exprimendam sunto. (a) Pro.4.22.23.24.&c.Rom.6.19.Psal.119.36.37.Iob.31. 1.(b) 1.Cor.6.20.& 3.16.

Atq;

Atque hîc tum animi tum corporis *sanctitas*, ex ætatis differentia suam etiam sortitur differentiam, vt in infantia principia optima & fæcunda horum semina. Luc.1.80. Heb.5.13. in pueritia germina quædã. Pro.20.11. 1. Ioh.2.14. in æstatis flore matura omnia & vivida. 1. Ioh.2.14. in perfecta ætate omnia consummata & perfecta. *Ibid.*. Eph.4.11.12.13.

Hinc pro varia facultatum animi incitatione varia etiam actio.

Actio quæ ei respondere debet, est vel { Verbum / Opus } bonum.
2.Thes.2.17. Col.3.17. Pro.24.25.

Verbum bonum est quod bonum animi voce, verè, & prout debeat, exprimit. Ephe.4.28. Col. 4.6.

Opus bonum est quod animi bonum alia agendi ratione exprimit. *Ibid.*

Est autem corporis { Gestus. / Factum. } Pro.24.25.26.

Gestus animi motibus consentanei esse deben.

Sunt autem { Interiores. / Exteriores. } Psal.16.7.9.

Interiores sunt varij renum & cordis motus, pro varia affectionum incitatione: vt in timore cordis trepidatio, & contractio: in lætitia dilatatio, & quasi saltus &c.

Exteriores sunt qui animi motus sanctè exprimunt: vt in gaudio, vultus hilaritas. Psalm. 16. 9. Luc.19.28. in fiducia situs corporis erectus.

Act.

Act.4 13. Psal.110.7. in timore trepidatio. &c.

Atq; huiusmodi sunt leges communes de imagine dei, *quatenus est homini peculiaris: sequuntur speciales.*

Quæ vel { *Pietatem.* / *Iustitiam.* } respiciunt.

Luc.1.75. Leuit.19.3.

Prioris generis sunt quæ

semper { Deo debentur, vt fert occasio. / certo die destinatum officium. } Leuit. 19.3.30. & 26.22.

De Hom. pietate cap. 7.

Prioris generis rursus sunt

vel { Quæ Deum ipsum rectè respiciunt. / Quæ cultum ipsius externum. } Deut. 6.13.

Prioris generis duo sunt

membra { Specialis timor dei eiusq; effectus. / Cælestis dei præsentiæ desiderium. }

Specialis timor Dei est timor Dei, quo ipsius displicentiam ex inobedientia vt summũ malum timemus. Deut.5.35. & 2.7. & 11.12. Exod.1.17. Pro.1.7.

Eius effectus est animum totũq; τροχὸν, siue orbem τῆς γεννέσεως, supra omnem obseruationem continuis vigilijs amare & custodire Pro.4.23.

Cœlestis Dei præsentiæ desiderium, est illud supra omnia ad dei voluntatem expetere. Exod.33.18. Apoc.2.7.

Quæ ad Cultum externum spectant

sunt vel { De mediis constitutis. / illorum legitimo vsu. } Leuit. 19.30.

Media constituta huius loci propria, sunt quæ

ex angelorum & hominum differentia orta sunt.

Oriuntur autem vel ex { Personæ / Vitæ } differentia.

Prioris generis, sunt. Primò corporis externa *dispositio:* Quæ hîc in Deum magis intendi debet: vt in fiducia, oculi in cœlum intenti. Act.7.55. Hinc risus iucundus. Gen.18.17.

Secundò corporis actiones externæ, quarum aliæ { Generales, vt adoratio. / Speciales. } Deut.6.13.

Adoratio est actio totius hominis, in exhibendo Deo debitum religionis honorem externū. Deute, 6. 13. Gen.24.26. Exo.4.31. Gen.17.30.

Speciales sunt vel { Oris confessio. / Actiones *precationi* seruientes. } Rom.10. 9.10.13.

Precationi seruienres, actiones quales sunt, tum in gratiarum actione, vociferatio læta, & quasi cantus. Psalm.65.13. in *petitione*, clamatio, ejulatio, lachrymæ. Psalm.32.3.4. & 6.7.8. Tum gestus illi, genuflectio, manuum, oculorúmq; eleuatio, dimissio. Luc.18. 2.Chron.6.12. 2.Tim.2.8. Dan.6.10.

Atque hæc sunt quæ ex personæ differentia oriuntur.

Sequuntur quæ ex vitæ differentia sunt orta.

Ea sunt speciales leges de *precum* materia, quæ sunt *preces*, Primò supra omnia ad Dei gloriam, spectant ad { Dei nominis sanctificationem. / Politeiæ diuinæ { Liberum cursum. / fructū, i. integrā obe. } } 2. Th. 3.1.

Secundò preces in ijs quæ ad homines pertinẽt, verſentur. Et

ſunt { Primò in ijs quæ circa *imaginem dei*, eiuſq; κοινωνίαν } occupẽtur.
{ Secundò quæ eius *fælicitatẽ* externã & terreſtrẽ promoueant, }

Orat. dominica.

Atq; hactenus de medijs constitutis:
Sequitur de legitimo illorum vſu.

De mediorum horum legitimo vſu, leges huius loci ſpeciales ſunt { Primò de externarum corporis actionum vſu. Secũdò de cõfeſſionis vſu. } 1.Tim.2.8. & *ex ſequentib.*

De prioribus autem *præparatio* eadem eſt, quæ actioni communi cui adiunguntur, conuenit. *Ibid.*

Fructus eſt vt animum, pro cuiuſq; natura ſuſtẽtent, & exprimant. Neh.8.6. Pſal.123.1. & 141.2.

Animi adiuncta diſpoſitio eſt vt ſancti animi motus, pro cuiuſq; actionis natura propria, eas exigent, ſiue efficiant: vt cantus cauſa, lætitia cordis, oculorum in cœlum intentorum cauſa, fiducia certa vel ardens animi erectio ad Deum. Act.7.55. Ge.49. 33. 1. Reg.8.2.

Oris confeſſionis *præparatio* ſpecialis, eſt certa veritatis exploratio. Dan.2. 16.17.18. Rom.10.10.11. Pro.14.15.

Fructus, eſt confirmatio animi ad Deum veritatémq; ejus magis magíſq; glorificandum. 1.Tim.4. 17.18. Act.5.41.

Interna animi *diſpoſitio* eſt animi παῤῥησία, & conf-

confitendo libertas.2.Cor.4.13.Act.28.31.Ioh.1.20.

Atq; hæc sunt specialia de pietatis partibus, quæ semper Deo debentur vt fert occasio.

Sequitur certo die destinatum officium.

Illud autem est Sabbati diei obseruatio.

Sabbati dies, est dies septimus officijs *pietatis* tantùm consecratus. Gen.2.3.Exod.20.10.11.& 23.12. & 34.21.Deut.5.12.ver.

Hujus diei obseruatio, est operum vsitatorum intermissio ad omnia *pietatis* officia, pro conditione hominum necessaria, intentiùs agenda. Esa.58.13.Exod.20.10.11.& 23.12.& 34.21.

Atq; hæc sunt specialia de pietate:
Sequũtur de Iustitia, *quatenus omnes spectant.*

De hom. iust.cap.8.

Cuius { Primæ leges speciales ad personam spectant. Secundæ, ad personæ *adiuncta.* }

Erga personas speciales leges sunt de φιλαδελφία, siue φιλανθρωπία, eiúsq; effectis. 1.Pet.1.6.7.

Φιλαδελφία siue φιλάνθρωπία, est charitas qua omnes homines, ex communi creatione *ad imaginem Dei*, communiq; parente vt fratres inuicem se diligant. Gen.9.5.6.Mal.2.10.

Ejus effectus sunt, vt sint φιλοθρόνες. 1.Pet.3.8. id est, verbis & factis inuicem comes & iucundi.

Verbis referuntur, salutationes sanctæ, quæ tum signis idoneis, tum benedictione qua alij alijs benè precantur, constant. 1.Pet.3.8.9.

Factis referuntur, cùm alij alijs hospitalitatem

 & ali-

& alijs *mediis* inseruiunt; & cùm alij alijs honorem tribuendo, præeant. Rom.12.10.13.

Atq; hæc sunt specialia quæ ad personam pertinent:

Quæ ad *adiuncta* personæ spectant

vel { Principale / Minus principale } attingunt. 1.Thes.4.3.6.

Erga principale requiritur, vt Castitas tum animi tùm corporis curetur. 1.Thes.4.5.

Castitas corporis est castitas, qua corpus in honore ab omni aliena voluptate, quæ generationem spectat, conseruatur. 1.Thes.4.3.4.

Eius duo membra. { Genitalium puritas. / Puritas reliquorũ membrorũ. } Iob. 31.1.2.3.&c. Math.5.27.28.

Genitalium puritas, est quum ab omni illegitimo voluptatis motu immunes sint. *Ibid.*

Reliquorum puritas, est qua omnium omnis mẽbrorum motus gestúsq; omnes, vtpote faciei, oris, oculorum, manuum, pedúmq; omnem illegitimam voluptatem auersentur. Pro.6.13.& 7.2.13.15. Iob.31.1. Gen.34.1.2. Pet.2.14.

Castitas duplex est. { Continentia. / Purus matrimonij vsus. } 1.Cor.7.1.2.9.

Continentia, est ex speciali Dei dono, pura abstinentia à matrimonio. 1.Cor.7.4.

Purus matrimonij vsus, est qualis inter conjuges esse debet, de quo fusiùs in *œconomia.*

Atq; hæc sunt de iustitia, quatenus huic loco conuenit.

Hactenus

Hactenus etiam de imagine Dei *prout specialis est hominibus:*

Sequuntur de eius affectionibus specialia.

Ea autē sunt { Primò *Dei* κοινονία specialis. Secundò de *vitæ* partibus specialia. } *De hominis bono.cap.9.*

Κοινονία *Dei* specialis, est κοινονία ipsius per *media* excellentissima, à Deo in mundo hominibus proposita. Num.6.24.25.26. Gen.3.7.8.24. Deut.32.9.10.11.12.&c. Psal.144.11.12.13.14. Eccle.8.3.

In vitæ partibus specialia sunt { *Fælicitas* / *Gloria* } humana.

1.Cor15.42.43. Psal.8.6.

Fælicitas humana est fælicitas hominibus propria.

cuius duo membra { Personæ bonum. / Dominium creaturarum. }

Personæ bonum, est corporis & animi eorúmq; facultatum, sanitas, pulchritudo, gratia.

Dominium creaturarum, est summa authoritas in omnes creaturas, à Deo hominibus concessa ad legitimum earum vsum. Gen.1.26.28. & 3.2. & 9.2. Psal.8.4.5.6.7.8.9. Heb.2.8.

Legitimus earum vsus, est is vsus qui ita temperatur, vt hominem ad *sanctitatem* suam allacriorē, & indè fœliciorem reddat. Eccle.2.25.27.& 5.18.19. 20. Act.2.46.

Huius habitus εγχρελεία dicitur, & est in homine totius *sanctitatis* adiumentum commune. 2.

Pet.6.Eccle.10.14.

Atq; huiusmodi est fœlicitas *humana.*

Gloria humana est ex his decor, splendórq; terrestris & excellens. Psa.8.5.*per comparationẽ*.Mat.6.29.1.Cor.15.41.

Atq; hæc sunt communia toti humano generi: Propria sequuntur.

Ea autem sunt quæ ex sexus differentia oriuntur. 1.Cor.11.6.11.12.1.Tim.2.13.

Propria viri vt capitis, sunt

vt sit { *Imago* / *Gloria* } Dei.1.Cor.11.7.

Imago Dei est excellentia viri supra mulierem, quæ pro suo modulo dei excellentiam supra ipsum, in totius vitæ ratione repræsentat.ver.3.12.

Eius membra sunt. {
Primum, vt is sit,ex quo mulier,i. mulieris eiúsq; donorum fons & flos.1.Tim.2.13.
Secundum, vt is sit propter quem mulier,i.ita sit, viuat,& agat, vt eam habeat administram. ver.8. 9. 1.Tim.2.13.Gen.2.18. }

Vt vir sit *gloria Dei*,est eius excellentia,qua gloriam Dei in omnibus refert, tanquam mulieris caput.1.Cor. 11.7.

Hinc vicissim mulier est

viri { Imago / Gloria } simili modo atque vir Dei; ita tamen vt per ipsum, hic honor ad Deum referatur. uers. 12. quare hæc vultu,incessu,vestitu, sedèq; omnibúsq; deniq; indicijs, præ se

ferre debet. 1. Cor. 11. 4. 5. 6. 7. 10. 1. Pet. 3. 3. 4. 5. 6. *cum* 1. Tim. 2. 9. 10.

Hinc rursus mulieri à viro debetur honos ille, qui conuenit administræ, per quam ipsius perfectio existit. 1. Cor. 11. 8. 9. 1. Tim. 2. 13. Gen. 2. 18. 1. Pet. 3. 7. 1. Cor. 11. 12.

Hactenus de imagine Dei *in præcipuis creaturis, cuius vi tenentur ad ea omnia, quæ ex Dei voluntate pro diuersis circumstantijs in gubernatione, hinc deriuantur præstandæ.*

Hactenus etiam de creatione:

Sequitur de gubernatione,

Executio decreti gubernationis est Gubernatio. *De guber. cap. 10.*

Gubernatio, est decreti executio (*a*) de omnibus, i. (*b*) creaturis, earũq; facultatibus, (*c*) actionibus, actionúq; tota ratione, ad medios, vltimũq; finem (*d*) rectissimè disponendis. (*a*) Eph. 1. 11. Apo. 4. 11. Rom. 11. vlt. (*b*) Psalm. 139. 1. 2. 3. 4. 5. 6. &c. (*c*) Eccle. 3. 1. 11. Pro. 16. 1. 4. 33. (*d*) Esai. 45. 13.

In gubernatione, agendi ratio est { Ordinaria. / Extraordinaria. } Iob. 9. 10.

Ordinaria ratio, est ratio rerum agendarum ad communem legem à deo pro varia rerum differentia definitam. *ex sequentibus.*

Extraordinaria secùs. Exo. 4. 10. 13. 15. Iudic. 3. 15. Act. 7. 25. & 5. 5. 1. Cor. 12. 10. Amos. 7. 14. 15. Act. 9. 3. 4. 5. 6. Gen. 22. 14.

Agendi ratio est etiam { Mediata. / Immediata. } Esa. 45. 21. Amos. 4. 14. Gal. 1. 1.

Mediata cùm adhibeantur *mediæ*.Gal.1.1.

Immediata secùs.Deut.26.5.6.1.Chro.13.10.11.

Hîc considerandus tanquam semina & principia generalia omnium mediorum in gubernatione ordinaria,ordo, qui est { In vniuersa natura. / Inter præcipuas creaturas. } Psal. 8. 2. *cũ* Heb. 2.6.1.Cor.14.33.2.Pet.3.13.

Vniuersæ naturæ ordo,est ea natura ad legem cõmunem à Deo impositam efficacia, quæ Dei verbo, i.vi exerta sustentatur.Heb.1.2.3.

Inter præcipuas creaturas ordo est,qui *imagini Dei* in ipsis congruat.1.Cor.14.33.

Atq; hæ sunt communes gubernationis affectiones: Eius etsi veræ species nullæ dari possunt, distinctio tamen quædã non inepta hæc est, aliam tẽporariam, aliam æternam esse. Act.3.21. 1.Cor.15.24.29. 1. Thes.4.15.Apoc.10.6.

Gubernatio temporaria, est gubernatio secundũ καιροὺς προτεταγμένους. Act.17.26.Heb.1.2.Act. 1.7. Mar.1.15.Gal.4.4.

In hac autem gubernatione,media communia vnicuiq; tempestati, sunt huiusmodi;

In ordine {
Vniuersæ naturæ; benedictio Dei, crescite & multiplicate. Genes. 2. 2.
Inter præcipuas creaturas,(cùm ea quæ propria sunt angelorum reticentur) εὐταξία humana. Gene.2. 15. 16. 17.18.19.20.
}

De εὐταξία cap.11.

Εὐταξία humana est ordo a Deo institutus de rebus

rebus adminiſtrandis, ad humanæ vitæ *ſanctitatis, fœlicitatiſq;* adjumentum. Ge.2.15.16.17.18.19.20. Deut.4.5.6.7.8.Col.2.5.1.

Ejus duæ partes. { De officijs εὐτάκτικοις. De ritibus annexis. } 1.Co.11.6.7 8.& 14.vlt.

Officia εὐτάκτικα, ſunt officia ad diuerſas actiones, in commune illud adjumentū, deſtinata. 1.Pet. 4.10.Rom,11.4.5. 2.Tim.2.12. Pro.31. Deut.12.13. Eccl.2.8.Gen.2.15.16.

Ad officia requirūtur. { ἱκανότης. & quæ eam reſpiciunt { vocatio. abdicatio.

1.Cor.7.17. 1.Tim.3.10. Pſal.101. Num.8.24.25.

Ικανότης eſt facultas, ex peculiari Dei dono, ad propriam actionē peragendam.1.Pet.4.10.11.1.Cor. 7.7.& 12.4.5.6.

Vocatio, eſt ſeparatio perſonæ idoneæ a Deo ad officium aliquod εὐτάκτικον.1.Cor.7.20.24. Heb.5.4

Hæc autem ſi a Deo tantum fiat, eſt *immediata*, & ſemper ferè extraordinaria : Sin hominum miniſterio, eſt *mediata* & ſemper ferè ordinaria.

Tum autem { Et donis extra ordinarijs ornantur. Et miraculis, vel ſignis extraordinarijs ferè confirmantur.

Gal.1.1.Exod.4 8.9.10.Iudic.6.17.

In *mediata vocatione* ordinaria, quæ & *electio* dicitur, ſemper adhibēda *examinatio*.1.Tim. 1.10.Pſal.101. Pro.31.10.

Examinatio eſt exploratio de ἱκανότητι & ijs quæ ad dignitatem offi[c]ij pertinent, vbi ἱκανότης eſ-

 ſentialiter

ſentialiter requiritur, cætera non item. Mat.23.3. 1.Tim.3.2.Num.8.25.1.Cor.12.4.5.6.

Abdicatio, eſt eadem ratione *reiectio* perſonæ ab officio, ob iuſtas cauſas.

Cauſæ autem, cùm diuerſæ ſint, ob diuerſam officiorum naturam, in ſpeciebus diligentiſſimè excutiendæ. Mat 19.6.11.

Hactenus de affectionibus communibus officiorum εὐτακτικῶν : *Species ſequuntur.*

Officia ſunt { Superiorum. / Inferiorum. } 1.Pet.2.17.18.

Officia ſuperiorum, ſunt officia εὐτακτικὰ authoritatem in inferiores exercendi.

Exercetur ea autem { præcipiendo. / remunerando. } Rom.13.3.4.5. 1.Pet.2.13.14.& 3.6.

Præcipere, eſt exercere authoritatem, omnia pro diuerſa officiorũ ratione legitimè mandandi. Act.4. 19. Tit.3.1.

Remunerare, eſt exercere authoritatem omnia iuſtè compenſando. *ibid.*

Inferiorum officia ſunt officia quæ authoritati ſuperiorum debentur. Sunt autem { Subiectio. / Obedientia. } Tit.3.1

Subiectio, eſt officium inferiorum authoritati iuſtæ plenè ſeſe ſubmittere. Rom.13.1.2.3.

Obedientia, eſt officium inferiorum de legitimis præceptis plenè præſtandis. Tit.3.1. Eph.6.1.7.

Atq; hæc eſt prima pars εὐταξίας : *Secunda ſequitur de ritibus.*

Ritus, ſunt res mediæ, εὐτακτικῶν officiorũ adiumentum,

iumentum, pro varia circumstantiarum ratione vtiliter dispositæ. 1. Cor. 14. 40.

Horum lex communis est vt sint }

vel { εἰς τὸ εὐσχῆμον.
{ κατὰ τάξιν, vel secundum vtrumq; *ibid.*

Κατὰ τὸ εὐσχῆμον, sunt quæ ita disponuntur, vt conuenientem & accõmodatam dignitatem, εὐτάκτοις officijs & actionibus afferent. 1. Cor. 7. 35. 36. & 14. 40. & 11. 5. 13. Phil. 4. 8.

Κατὰ ταξιν, sunt quæ aptam, & pacificam, absq; omni ἀκαταστασία rerũ seriem promouent. 1. Cor. 14. 33. 34.

Atq; hactenus de εὐταξία *generaliter: species sequuntur.*

Sunt { *œconomia.* } Psal. 101. 1. 2. Pro. 31. 2. 10. 23.
{ *politeia.* } Ex quibus vtrisq; non ignobiles obedientiæ partes oriuntur, quæ etiam hoc loco tractari debeant. 1. Cor. 11. 2. 3. 4. 1. Cor. 14. 33. 34. 35.

Harum ergo leges sunt quæ { pietatem } { iustitiam } spectant. *ibid.*

Leges quæ ad *pietatem* spectant, sunt de *cultus* externi conuenientijs hinc ortis. *ibid.*

Conuenientia illa duplex est { stata. } { varia. } Psal. 55. 17. 18. Dan. 6. 11.

Stata, qua *cultus* quotidie statis temporibus, idoneisq; locis, præstatur. Dan. 6. 11. 1. Corinth. 15. 1. 2.

Varia, cùm fuerit prout tulerit occasio. Gen. 24. 12, Hez. 1. 3.

vtraq;

Vtraq; autem est { primo { aperta. secreta. } Math. 6.6.16.18. 1.Cor.14. 23. 26. 34.35. secundo { publica. priuata. }

1.Tim.2.11.Marc.4.34.

Aperta est, qua *cultus* qui præstatur quamplurimus fiat manifestus.*ibid*.Luk.23.39.40.41.46.

Hîc autem externorum signorum & adiumentorum ordinata & stricta magis obseruatio adhibenda est.

Secreta contra. *ibid*.

Publica, quæ est ex *politeias diuinæ* ratione, hoc est, cùm locis, temporibus, personis, & cæteris idoneis circumstantijs, in *politeia diuina* definitis, præstatur. 1.Cor.11.3.4.5.6.& 19.20.21. & 1.Cor.14.19. 23.26.27.28.34 &c.

Priuata contra.*ibid*.

Tantum secreta, est quæ Dei cognitioni tantum præstatur, præsentibus tamen alijs. Quare hic signa (quantum potest) debeant ocultari, Neh.2.4.

Tantum aperta contra est.

Secreta solitaria, est quæ a solis & secretò præstatur. Math.5.5.6.16.17.18.Gen.24.63.

Secreta cum alijs, etiam eam pro analogia regulam tenere debeat prout sequitur, vt non alia, nec maiora signa, quàm quæ præsentium *cultum* ita adiuuant, vt alijs maneat quoad possit incognitus.

Aperta solitaria, est quæ a solis præstatur, in oculis tamen aliorum. Act.7.60. vbi maxima cura esse debeat, vt externa, ad debitam reuerentiam non amplius

plius exprimenda, composita sint.

Atq; hæc eodem modo publicæ & priuatæ differentiæ conueniunt.

In aperta & publica cum alijs maxima ordinis cura esse debeat. 1. Cor. 11. 22.

Quare quod a pluribus præstattur, vbi fieri potest ab vno, voce & corde, ab alijs autem, corde absq; voce, ad finē perducatur. Act. 4. 24. Act. 2. 14. Neh. 8. 7.

In fine verò actionis, omnes communi consensus nota, actionem totam ratam faciunt. Neh. 8. 7. 1. Cor. 14. 16.

Huiusmodi nota plerumq; est *amen*.

In publica autē actione, tantū qui vocatus est ad normā *politeias diuinæ* cæteris præeat. *ex præced.*

Reliqui prædicto modo sequantur. Quod a multis etiam voce præstari necesse est, vel { simplici oratione / cantui etiā cōiūcta } præstari debet. Marc. 14. 25. 26.

Quare in simplici oratione, alternatim agant. 1. Cor. 14. 29. 30. 33.

In cantui autem coniuncta, cantus moderata ad ædificationē melodia, omnes in tonis cū intelligētia consentiant. 1. Chron. 16. 36. Psal. 32. 1. Marc. 14. 15. 6.

Atq; hæc sunt quæ ex εὐλαξία *pietatem spectantia effluxerunt:*

Sequuntur quæ ad iustitiam pertinent.

De iustitia hinc orta sunt officia { communia. / specialia. } Eph. 4. 21. 22.

Communia sunt quæ vel ad { vitæ commodum / nominis famam } pertinent.

Eph.4.11. cum Tit.3.2.Eccl.7.1.

Ad primum requiritur vt tum sua, tum aliena etiam conseruat,& augeat,idq; faciendum est ex cuiusq; { vocatione. / actione mutua. } Eph.4.18.1.Cor.7.20.

Vocatio cuiusq;, est ex cuiusq; dono ad honestā & vtilem operam,separatio. Eph.4.18.11. 1.Cor.7. 24. Prou.13.11.Prou.28.19.

In actione mutua requiritur { Simplicitas. / Iustitia. } { Pro.15.26.27. / 1.Thes.4.6. }

*(a)*Simplicitas,vt omnia agant,cū verbis,signis, instrumentis,planè & prorsus ex rei veritate. Hinc emendi & vendendi pondera & mensura eadem & iusta sint.Leu.19.35.Deu.25.13.Pr.20.10*(a)*Pr.20.14.

Iustitia, vt prorsus quod suum est in omnium actionum speciebus,tribuatur cuique.Rom.13.8.

Atq; hæc de commodorum cura:

Ad alterum duo requiruntur.Ex.23.1.2.Psal.15.3.

Primum quod nos respicit, vt omnia bona iustè vereq; & agnoscamus,& prædicemus apud alios.

Secundum quod alios respicit, vt vera, & bona tantum,libenter ab alijs audiamus.Ex.23.1.

Atq; hæc generalia sunt de iustitia: specialia sequuntur.

Specialia huius loci sunt

vel { æqualium erga æquales. / inæqualium erga inæquales. } { Rom. 1.31.32. / Rom. 12.8.9.10. } 11.13.7.8.

Æqualium est etiam duplex, { Generale. / speciale. } Rom.12.10.

Generale

Generale vt ex æquali ratione iucundè iter se viuant. 1.Pet.3.8.

Speciale, vt honore alij alijs præeant. Eph.5.21.

Inæqualium erga inæquales est pro inæqualitatis ratione debita officia præstare. Eph. 5. 22. 23. & Rom.13.7.

Sunt autem vtraq;
prima,
quæ ex primis fluunt.
1.Tim 5.4. Iob.32.6.

Prima sunt, quæ ex ætatis & propinquitatis differentia, originem traxerunt. Gen.13.8. *cum* 14.14.

Hinc salutationes speciales ex speciali & *sancto* amore profectæ vt quæ fit in φιλήματι ἀγάπης. 1.Pet.5.14. Gen.29.10.11. Exod.18.7.

In ætate æquale officium est vt pro æqualitatis ratione in ijsdem studijs, exercitijs, oblectamentis, sanctè sobriè & iucūdè se gerant. 1.Cor.13,11.*cum* Tit.2.3.4.5.6.

In ætate inæqualium officia sunt
Seniorum erga iuniores.
Iuniorum erga seniores.
Iob.32.6. Leuit. 19.32. Pro.20.29.

Seniorum erga iuniores officium est, vt coram ipsis *Dei diuinæ æternitatis imaginem* ferant. Leuit.19.32.*cum* Pro.16.31. Pro.20.29.

Eius membra duo. Tit.2.2.3.4.5.6.

Primum vt in omnibus *sanctitatis* partibus eis præluceant.*ibid.*

Secundum, est grauitas, quæ facilem & ætati conuenientem dignitatem, in totius erga iuniores

ores vitæ ratione, vtpote dictis, factis, gestisq; omnibus, præ se ferant. *ibid. & ex praeced.*

Iuniorum erga seniores etiam duo sunt officia. Iob. 32. 6. 7.

Primum vt seniorum pulchra quæq; sectentur. Tit. 2. 4. 3. 6.

Secundum vt eos sermonis, sedis actionísq; omnis primatu, gestibúsq; pro circumstantijs idoneis, colent vel honorent. Iob. 32. 6. Leuit. 19. 32.

Atq; hæc sunt specialia ex ætatis differentia orta: Sequuntur quæ ex propinquit. fluunt.

Propinquorum specialia officia sunt { στοργία. / eius effectus } { obseruantia / benignitas } specialis.

Rom. 2. 31. 2. Tim. 3. 3.

Specialis est quæ superioribus parentum, inferioribus liberorum, in æqualibus fratrum ac sororũ, imaginem pro æqualitatis, inæqualitatisq; ratione aliquo modo referri debet. 1. Tim. 5. 4. Leuit. 20. 12. 14 Ruth. 1. 11. 12. Mica. 7. 6.

Atq; hæc sunt prima.

Ex primis orta sunt

vel {
- æqualium { vicinorum. / peregrinorum. }
- inæqualium, sunt eorum qui ex { donis / beneficijs } sunt inæquales.
}

Leuit. 19. 13. Gen. 18. 2. 3. 4.

Vicinorum est omnia communia officia sæpiùs & impensiùs erga vicinos; tanquam in familiares, & mutuis adiumentis vtentes præstare. Pro. 26. 18. 1. Pet. 2. 17.

Peregri-

Peregrinorum eſt,ea maiori obſeruantia tanquã ignotis præſtare. Gen.2.3.4.5.6. Gen.19.1.2.3.4.

Eorum qui ex donis ſuperiores ſunt, officium eſt,ex animi humilitate,ad aliorũ vtilitatem promptè ea impartire. Rom.12.3. 1.Cor.12.7.21.22.23.24. 1.Cor.13.5.

Inferiorum eſt duplex. Pro.9.8.9.1.Theſ.5.20.21.

Primum vt ſuperiorum dona agnoſcant, & debito honore proſequantur. 1.Theſ.5.20. 2.Cor.8.22.23. 1.Sam.19.20.21.

Secundum vt eorum vſum quàm ſtudioſè quærant. 1.Theſ.5.21. Act.18.5.

Ex beneficijs ſuperiorum officia ſunt
- Sancta beneficiorum diſſimulatio.
- Animus propenſus (cùm circumſtantiæ, vtpote, *propria vocatio*,facultas,oblata occaſio,& huiuſmodi ſinant) ad beneficia repetenda vel augẽda. Gen.13.8.9.*cum* 14.14

Inferiorum ſunt vel
- Ex aſſidua beneficiorum recordatione, gratiarum actio, vt Dei inſtrumento præſtanda.
- Compenſatio ſpontanea & accelerata,pro circũſtantijs prædictis.Rom.16.3.4.1.Cron.19.2.

Ex beneficijs autem mutuis coniunguntur mutuò *ſancti* amici.Prou.18.24.

Sancti amici ſunt, qui ob ſpecialẽ amorem ex *ſanctitate* ſpeciali *fœdere* Dei inter ſe ſunt coniunctiſſimi. Prou.18.24.1.Sam.18.1.2.3.& 20.8.14.15.

Inter hos autem quantum communis & ſpecia-

lis *vocatio* sinat, omnia sunt communia. 2. Sam.1. 26. Prou.18.14.

Atq; huiusmodi sunt obedientiæ partes, quæ ex εὐταξίας *speciebus* œconomia *sc.* & politeia *originem traxerunt : sequitur de* œcono mia.

De Oeconomia. Cap.12.

Oeconomia est εὐταξία de domesticis rebus. Prou.24.3.1. 1.Tim.5.14.& 3.4.

Eius duæ partes { prima de administrãtibus. } 1.Tim. 5.8. { secunda de οἰκοιοις. } 1.Pet. 2.18.

Administrãtes sunt superiores *in œconomia.ib.* Eorũ officiũ est rectè οἰκοδεσποτεῖν.1.Tim.5.14.

Huius administrantis officij duo sunt membra. { primum domesticos } { secundum aduenas } respicit.

1.Tim.5 4. Iob.31.31.8.

Huius rursus duo membra.

Primum est domesticos continere in subiectione ad omnia *sanctitatis* officia & diligentiam in vniuscuiusq; opere.1.Tim.3.4.Tim.1.6.

Ad hæc autem accuratiùs præstanda duo requiruntur. { domestica institutio. } De.20.21. { in domestico cultu officiũ. } 1.Pet.3.7.

Domestica institutio, est institutio perspicua,& familiaris,pro *vocatione* & donis priuati vt tota familia in *veritate quæ est secundum pietatẽ* quotidie proficiat. 1.Cor.14.34.35. Gen.18.19.& 14.14. Deut.6.20.21.

In cultu præstando officium est duplex, { primum cùm adsit. } Luc.22.17. { secundum cùm absit. } Gen.24.12.

Cùm

Cùm adsit officium est vt in *petitionibus*, *gratiarum actionibus*, ante & post cibos & labores quotidianos, & cætera huiusmodi reliquos præeat & dirigat. Psal.127. Psal.55.18.1.Tim.4.4. *cum* Luc. 22.17.

Cùm absit, vt ab ipsis hæc rectè agantur curet. Gen.24.12.

Atq; hæc de primo membro.

Secundum est omnia huius vitæ necessaria conueniéter προνοεῖν vtpote in victu, requie, recreatione.1.Tim.5.8.Pro.31.15.21.

Atq; huiusmodi est officium erga domesticos: erga aduenas sequitur.

Quod est ξενοδέξια, quæ est officium quod versatur in hospites recipiendo? eius anima est φιλόξενια.1.Pet.4.9.

Ξενοδέξιας membra	hospitalis liberalitas.	Exod.18.8.12.
	sanctitatis cõmunicatio.	

Hospitalis liberalitas, est primũ membrũ ξενοδέξιας, de liberali subministratione omnium, quæ ad huius vitæ necessitatem, iucunditatémq; pro nostra facultate, tum ipsorum conditione, consentanea fuerint. Gen.18.3.4.5.6.& 1.2.3.

Sanctitatis communicatio est secundum mẽbrum ξενοδέξιας, de *iustitiæ pietatísq;* officijs, prout iusta occasio oblata fuerit, mutuo exercendis. Qualia sunt operum dei recordatio, de religione iucunda colloquia, Sabbati obseruatio, mutuæ exhortationes & *preces*. Exod. 18.5.6.7.8.12.15. Rom.1. 10.11.

Atq; huiusmodi est οἰκοδεσπότου *officium commune, quod fieri debet* μετὰ πάσης σεμνότητος 1.Tim.2.3.

Ea autem est ea dignitas, quæ in tota administratione, ex iusta eius conuenientia, pro circumstantiarum varietate, vtpote personarum, ætatis, sexus, rerum, temporum, splendidissimè emicet.

Hæc autem, cùm *politeia* siue æqualis aliqua necessitas vrgeat, οἰκονόμῳ demandari potest.

Cuius officiũ est vt omnia ad erecta domini præscripta administret. Gen.24.1. Gal.4.2.

Hîc administrantes plerumq; coniuges sunt.

Coniuges autem sunt ex vinculo coniugij.

Coniugium, est ex Dei fœdere vnius viri & mulieris coniunctio, vt sint vna caro, ad alterius vitæ terminum. Gen.2.24. Leu.18.8. Prou.2.17. Mal.2.14. 1.Cor.7.39. Rom.7.1.

Vnam carnem fieri (quæ propriè fit in liberorũ procreatione) per synechd. est arctissimam sanctissimámq; in omnibus societatẽ ita inire, vt vir sit speciali ratione caput & dux vxoris, & ea rursus sit ipsi adiumentũ accommodũ, tanquam alter ipse, vnde è nomine eius vocatur. Gen.2.18. Pro.2.17.19. Mat.19.6. Eph.5.31.

Coniugij celebrationẽ præire debet desponsatio. Deut.22.23.24.25.26.27. Math.1.18. Luc.1.27.

Ea autem est firma certáq; coniugij inter duos promissio, adhibitis idoneis testibus. *ibid.*

Idonei testes, sunt qui testare possunt ea quæ in disponsatione requiri debent. Ruth.4.10.11.

Ea

Ea autem sunt { parentum consensus. / vt personæ sint idoneæ.

Gen.24.12.13.14.49.&c. 1.Cor.7.36.37.38.

Vt personæ sint idoneæ duo requiruntur.

Primum, vt ob ætatem & dona ad *æconomian* maturi sint. 1.Cor.7 36.40. Pro.31. 10.11.&c.

Secundum, vt ex lege naturæ coniungendi sint. Leuit.18.5.6.7.&c.

Ex lege naturæ coniungendi sunt qui non sunt propinqui carne. *ibid.*

Hi enim coniungi semper prohibentur, nisi cum mera necessitate vrgeantur (*a*) vel ad speciale Dei mandatum implendũ, vel ad familias, & ex consequenti, ecclesias & respublicas constituendas; vt in prima aut secunda populorũ origine. (*a*) Gen. 28.8. Deut.26.5 Ruth.1.11.

Propinqui carne, sunt ij propinqui qui carnem attingunt. Leuit.18.6.& 25.49.

Carnem attingunt propinqui ratione { simplici. / mixta. } Leuit. 18,10.11.

Simplex ratio est vel { cognatio. / affinitas. }

Cognatio, est quum propinqui sint ex communi parente patre vel matre. Leui.18.12.13.

Affinitas, est accessio personarum ad fines aliarũ, vel ex matrimonio iusto, vel copula, vnde cognationis quasi simulachrum est. Quare affines non attingunt carnem, nisi ij solùm qui affinitatem contrahunt. Leuit.18.14.15.16.17.

Mixta ratio est, quæ post nuptias fit partim vnione matrimonij, partim ex sanguinis ante natiuitatem contactu, qualis est in nuptijs viduæ pregnantis. Leuit. 18. 11.

Atq; hæc sunt media *contactus carnis: At qui carnem attingunt definiuntur certa* graduum *distantia.* Leuit. 18. *&* 20. 12. 19.

Gradus, est ea generationis series, quæ in vnaquaq; persona a stirpe numeratur. *ibid.*

Stirps autem, est persona a qua aliæ sunt deriuatæ.

Harum linea est vel { recta. / collateralis. } Leuit. 11. 7. 12. 15. 16.

Recta linea est { ascendentium. / descendentium. } *ibid.*

Ascendentes, sunt primò pater & mater, secundò, auus, auia: tertiò, abauus, ataua: quartò tritauius, tritauia, & quicunq; maiores.

Descendentes sunt primò, filius, filia, secundò, nepos, neptis, tertiò pronepos, proneptis, quartò abnepos, abneptis, quintò trinepos, trineptis & liberi quicunq;.

Atq; hi omnes, vt naturæ ordine, ita ob sanguinis reuerentiam, prohibentur a mutuis nuptijs. Leu. 18. 7.

Collateralis vel transuersa linea est vel { æqualis. / inæqualis. }

Æqualis quando distantia æqualis est a communi stirpe.

Hi, in secundo *gradu* carnem attingunt, vt fra-

tres

ter & soror,non vltrà. Leuit.18.9.& 20.17.

Inæqualis, cum distantia a communi stirpe sit inæqualis.

Hi autem parentum & liberorum vicem gerũt. 1.Tim.5.4.Hez.2.7.

Quare hi etiam indefinitè ad omnes *gradus* carnem attingunt.

Sunt { Superiores.
Inferiores.

Superiores sunt primo,patruus, amita, auunculus,matertera: secũdo,patruus magnus, amita magna, auunculus magnus, matertera magna: tertio, propatruus,proamita,proauunculus,promatertera: quarto patruus maximus, amita maxima, auunculus maximus,matertera maxima.

Inferiores sunt horum filij ad superiores relati.

Atq; hactenus de coniugio.

Inter coniuges autem { vir est προϊςαμένος. mulier coadiutrix. } 1.Tim.3.4. *cum* Gen.2. 18. Pro.31.27.28.

Προϊςαμένον esse, est in tota *œconomias* administratione sua authoritate omnibus tã domi, quàm forâs præesse.1.Tim.3.5.

Coadiutricem esse, est operam marito in tota administratione *œconomiæ*,maximè domi, subministrare. 1.Tim.5.12.14. Tit.2.5. Iudic.5.24. Pro.31. 10.Gen.18.6.7.

In coniugum administratione officia

sunt { mutua. erga alios. } Pro.31.12.13.15.Tit.2.3.4.5.

Mutua ſunt inter ſe tantum, &

ſunt { vtriſq; commune. / vtriuſq; propria. } Exod.21.10.

Vtriſq; commune quod vterq; iuuicem debet.

ſunt autem { συνοικία / mutuum bonum } 1.Cor.7.13.14.

Συνοικία eſt cohabitatio, ad omnia officia facilius præſtanda. Mat.1.18. 1.Cor.7.10.12.13. 1.Pet.3.7. Ruth.4.11.12.

Ob neceſſaria cauſas abſentia tamen etiam longa conceditur. Deut.20.7. 2.Sam.11.11. Pro.7.19.

Mutuum bonum, eſt iucunda perſonæ & bonorum omnium communicatio, ad communem neceſſitatem & conſolationem. Eph.5.29. Pro.31. *toto capite.*

Huius membra { debita beneuolentia. / mutua opera. }

Debita beneuolentia, per metony. eſt *ſanctus* & mutuus ipſorum vaſium vſus. 1.Cor.7.3.4.5.

Eius ſunt membra

duo { Cubile impolutum (Sic enim per metony. viri & vxoris congreſſus dicitur.) / Ei adiuncta conſuetudo familiaris. }

Heb.13.4. Mal.2.14. Eſa.62.7. Gen.26.8. Pro.5.18.19.20.

Cubile impolutum, ſiue *ſanctus* congreſſus, eſt concubitus viri & vxoris, (minime tum naturalem fluxum patientis) ad ſeminis Dei propagationem. Mal.2.14.15. Gen.1. Leuit.18.19.27. Leuit.20.18.22.23. Ezech.18.5.6.

Ei *adiuncta* consuetudo familiaris, est omnis ea actio, qua alter alteri in delicijs esse soleat. Esa. 62. 6. 7. Gen. 26. 8. 9. Prou. 5. 18. 19. Cant. 1. vers. 2.

Mutua opera, est secunda pars boni mutui, quæ verbis, labore, bonorum communicatione &c. ad se mutuò enutriendum & fouendū impenditur. Eph. 5. 29.

Hæc fuerunt communia:
Vtriusq; propria sequuntur.

Propria sunt officia vnius erga alterum
vt { Mariti erga vxorem. / Vxoris erga maritum. } Ephe. 5. 33.

Mariti erga vxorem propria officia
sunt { προγνοία vxoria. / Generalium applicatio. } *ex sequentibus.*

Προγνοία, est primum de maritali protectione, & vxori necessarijs procurandis. Exo. 21. 10. Gen. 20. 16. Ruth. 3. 9. Esa. 28. 3.

Generalium applicatio, est applicatio eorum, quæ in *imagine dei* pro sexus differentia prædicta sunt, ad vxorem, ex amore ac in seipsum flagrantem. Ephe. 5. 33. Gen. 24. 65. 1. Pet. 3. 7.

Propria officia vxoris, in maritum
sunt { Compēsatio προγνοίας mariti. / Et quod metony. dicitur, operimentum oculorum, coram omnibus habere maritum. Gen. 20. 16. } Pro. 12. 34. Pro. 31. 11. 12. 13.

Compensatio προγνοίας, est primum, cùm ex iucundo consilio & labore, maritum bono afficit omnibus diebus. Pro. 31. 11. 12. 13. 14. 17. 18. 19.

Secundum, est applicatio specialis ad maritum, eorum quæ ex sexus differentia de *imagine Dei*, prædicta sunt, vt ex leni & quieto spiritu, summa reuerentia, signis consentaneis vtpote verbis, gestu, vultu, cùm absit & adsit expressa, maritum præ omnibus honoret. Eph.5.33, Gen.24.36. 1.Pet.3.4.5.6.

Atq; hæc sunt officia inter se.

Erga alios officium vniuersa gubernatione temporaria generale est parentum proprium officium.

Id autem est à primo conceptu, & vltra in omnibus liberis prospicere. *ex sequentibus.*

Parẽtũ officia omnia moderatè præstari debent. Col. 3.21. Ephe.6.4
{ A patre cũ paterna grauitate. Ge.22.7.8
{ A matre cum materna consuetudine. Prou.31.1.2.

Parentum officia sunt { Communia. / Propria. }

Communia vtriusq; parentis officia sunt { Quod in tenera ætate / Quod in adolescentia } præstandũ est. Gal.4.1.2.

Officium in tenera ætate est pro ratione viæ eorũ eos ἐκτρέφειν ἐν { παιδείᾳ καὶ / νουθεσίᾳ κυρίου. } Ephe.6.4. Prou.22.6.

Παιδεία, est disciplina pro incitamentis & præmijs suis pueris propria. *Ibid.*

Νουθεσία τοῦ κυρίου est ex verbo Dei præcepta sãctitatis pueris quàm facillimè instillare. 2.Tim.3.16.

Officium rursus in adolescentia est duplex { Ineunte adolescentia. / Prouecta ætate siue ad nuptias matura. }

Pri-

Primum est, pro donorum differentia ad *vocationem* bonam disponere. Gen. 4. 3. 4.

Secundum, est ad vitam sanctè degendam gubernare. Eius duo membra.

Primum est vt liberis thesaurizent.

Hîc autem primogenito ius suum tribuendum, quod est portio duorum ex omnibus quæ præstò sunt. Deut. 22. 17.

Secundum membrum est, vt in omnibus quæ alicuius sunt momenti (præcipuè autem in matrimonio contrahendo) concessu & consilio suo, ipsos dirigant. 2. Cor. 12. 14. Gen. 24. 1.

Atq; hæc sunt communia officia:

Patris proprium est nomen idoneum i. idiomati vulgari aliquid pietatis conuenienter exprimens liberis imponere. Gen. 4. 25. & 16. 15.

Matris proprium est τεκνοτροφεῖν id est, ablactare, fascijs inuoluere, &c. 1. Tim. 5. 10. Gen. 21. 7. 8. 1. Sam. 1. 23. Luc. 2. 12.

Hactenus de prima œconomias *parte:*
Secunda sequitur.

Secunda, est de οἰκείων officijs.

Οἰκεῖοι, sunt omnes qui in eadem familia ad ministrationem εὐταξίας subijciuntur.

Οἰκείων officia sunt { Generale. Specialia. }

Generale duplex. { Prius est vt in præced. omnibus subiectionem & obed. præstant. Posterius est vt inter se pro sua virili promoueant. }

Spe-

Specialia ſunt propria liberorum officia.

Sunt autem duo.

Primum, vt adhuc pueri actionibus ſe præbeant cognoſcendum, an opus ſit purum & rectum. Pro. 20.11.

Secundum, vt ex ςοργία prout viſum fuerit vicé parentibus rependeant. 1. Tim. 5.4.

Hactenus de œconomia prima εὐταξίας *ſpecie: Sequitur* de politeia.

De Politeia diuina. cap. 13.

Politeia eſt εὐταξία de rebus publicis. Deut. 18. 8.9. 2. Chro. 19.8.11.

Eius ſpecies ſunt	*Politeia diuina*, quæ poſteà eccleſiaſtica dicetur.	*Ibid.* Luc. 24. 25. 26. 1. Cor. 6.3.
	Ciuilis.	

Politeia diuina eſt *politeia* de *negotijs Iehouæ.* 2. Chro. 19.11. Act. 1.3. 1. Theſ. 5.12. 1. Tim. 3.15.

Huius *politeias* eſſentia tota, i. leges inuiolatæ, de rebus, de officijs, de *vocationibus, examinationib. abdicationibus, executionibus,* earum omnium ratione & diſtinctione, à deo ſolo præſcripta eſt. Ge. 2.3. 16. 17. & 3.9. *ad finem,* & 4.3. *cum* Heb. 11.4. Gen. 6.14.15.22. *cum* 1. Pet. 4.20.21. Gen. 7.2. & 8.20. *cum* Col. 2.23. Exod. 12.50. & 25.40. & 35.36. & 39.42. 43. 1. Chr. 13.2.7.10.11. & 15.13. & 29.12.13.19. 2. Chr. 13.9.10.11.12. & 8.26. & 29.25. Neh. 10.29.30.34.35. Ezech. *cap.* 45. *cap.* 46.47. *cap.* 48. verſ. 35. Luc. 1.5. Act. 1. 16.17. & 6. 1.2.3.4.5.6. & 14.23. & 15.4. *cum* 1. Cor. 4. 16.17. Philip. 4.8. *cum* Gala. 1.12.17. Rom. 12.5.6. 1. Cor. 9.8. & 12.2.3.23. & 12.4 5.6.28. & 14.37.38. & 10. 4. 1. Tim. 5.21.22. & 6.13.14. Tit. 1.5. 1. Pet. 4.11. 1.

Cor.5.*cum* 2.Cor.2.2.3.4.

Quare in *diuina politeia* res diuinas Deus magnificauit supra omne nomen suum.Psal.138.

Et proindè proprij gestus adiuncti, & proprius ipsorum vsus, cum vniuscuiusq; doctrina, cùm generaliter, tùm specialiter doceri debent.

Quare primò de gestibus: deinde de actionibus *adiunctis*, in recto ipsarum vsu dicendum est.

Præparatio communis est specialis animi apud Deum acturi erectio, ex diligentissima bonitatis & sapientiæ diuinæ in his *medijs* elucentis meditatione. Eccle.5.1.2.3.4.5. Luc.8.18. Iac.1.17. Psa.26.2.3.4.5.6.& 84.2.3.4.5.6.7.

Fructus perceptio est cum summo gaudio totius *sanctitatis* confirmatio & incrementum summum. Psal.36.8.9.10. Psal.27.4.& 65.5.

Dispositio cũ actione coniuncta est pro cuiusq; *mediorum* diuersa natura ex spiritus operatione sẽsus eximius & iucundus. Psal.26.6.7.8. Psal.27.4.

Atq; hæc communia sunt rebus diuinis:
Species sequuntur.

Res Iehouæ communes per vniuersam gubernationem temporariam sunt { Verbum Dei. / Verbi adiuncta. } { Signum. / Sanctio verbi.

Gen.1.9.16.17.& 4.5.6.7.8. Psal.74.9.10. Act.4.2.*cum* 1.Cor.5.

Verbum Dei est ea *res Iehouæ*, quæ est eloquium ipsius de vniuersa *veritate secundum pietatem*. Heb.1.1. Ioh.17.17. Deut.33.3. Tit.1.1. 2.Tim.3.16. 1.Pet.1.20. Rom.3.2. 1.Pet.4.11. Pro.30.5.

Hoc

Hoc autem temporum successu, prout necesse fuerat auctum & illustratum est, donec in plenitudine temporis plenè consummatum fuerit. Heb.1.1.

Verbi diuini partes communes sunt	*Dogmaticæ.* Aliter voluntatẽ dei patefaciẽtes.	Rom.9.6.7.8.9.

Dogmatica sunt partes *verbi* quæ doctrinæ veritatem simpliciter tradunt siue proponunt. *Ibid.*

Aliter voluntatem Dei patefacientes

sunt	*Leges* diuinæ		Rom.9.4. Gal.3.8.9.10.11.12.13.
	Et quæ communi nomine carent.	promissiones. minæ diuinæ.	

Leges diuinæ sunt *leges* à Deo latæ *de sanctitate humana.*

Leges diuinæ sunt	Spirituales. Perfectæ.	Rom.12.2. & 7.14.

Spirituales, sunt prout spiritus omnia interna attingunt.

Perfectæ sunt prout omnia tum bona, tũ mala, tũ immutabilia, tum mutabilia, tum horũ *media* & incitamenta, tum etiã proprietates omnes & præcipiunt & prohibent. Mat.22.40. Pro.31.5.8. Mat.5.21.22.23.24.25.28.29.31.32.43.45.46.47.

Quare hæ *leges tantũ hominũ* consciẽtias astringũt. Esa.33.21.22. Ia.4.11.12. col.22.3. Esa.29.13. Mat.15.8

Atq; hæ sunt communes affectiones:
Species sequuntur.

Sunt autem vel leges	Æternæ. Mobiles siue mutabiles.	Ge.5.26 Deut.5.2.7. Luc.1.6. Rom.9.4.

Æter-

Æternæ, quæ nunquam mutari poſſunt ob æternã quam præcipiunt *ſanctitatem*. Mar.10.5.6.7.8. Math. 22.40. Eph.4.24. Leuit.8.28.27.

Mobiles & mutabiles ſunt, quæ ex æternarum æquitate à Deo pro rerũ viciſcitudine latæ ſunt in ſingulis temporum periodis. Heb.6.12. Gen.2.3. Quare & ipſius verbo tantum conſtituuntur & abrogantur. Heb.8.5.6.7.8.13. Act.20.15.

Quæ etiã abrogantur, *æquitatem* qua nituntur optimè explicant & illuſtrant. 1.Cor.5.7.8. 1.Cor.9. 13.14. & 10.18.

Illa autem *æquitas* ſemper perpetua eſt, & ex his *legibus* erui debet. 1.Cor.9.13.14. & 10.18. Exod.12. 48. Ezec.44.7. 1.Cor.12.13.

Etiã *leges* ipſæ durãtibus vel remiantibus circumſtãtijs, durãt & remiant. Deu.26.5. Leu.20.25. Lu.3.19. *Inter ſe cõparatis*. Exo.30.12. 2.Chro.24.9. Neh.10. 33. *inter ſe comparatis*. Exo.24.4. 1.Reg.18.31.

Neq; illud tantũ, ſed etiã quarũ partiũ circũſtantiæ manent & remiant, partes etiam illæ manent & remiant. Exo.12.48. Gen.17.12. Act.2.39. 1.Cor.7.14. *inter ſe comparatis*. Leuit.10.9. *cum* Prou.31.4.5. & *cum* 1.Tim.5.23.

Hæ *leges* ſunt vel { Cõſtitutiones, decreta, ſiue *ſtatuta*. / *Iudicia*. } De.4.1. 5. & 5.2.

Cõſtitutiones ſũt leges mutabiles de *pietatis* partibus & ijs quæ ad eas pertinent, δικαιώματα. Luc. 1.6. Heb.9.10.

Maxima ex parte ad *politeiã diuinã* ſpectant, quare cum ea explicanda ſunt. Reliqua ſuis locis.

Iudicia ſunt leges mutabiles de *iuſtitiæ* partibus

eiúsq; *adiunctis* tum pænis, tum præmijs quæ maximè in *politeia ciuili*. Reliquæ suis locis tradendæ sunt. Leuit. 20.22.

Atq; hæc de legibus diuinis.

Promissiones diuinæ sunt partes *verbi*, quæ voluntatem dei de bono præstando patefaciunt. Ro. 9.9.

Sunt duplicis generis { Conditionales. Simplices. }

Conditionales, quæ conditionem annexam habent.

Simplices, contra. Gal 3.14.16.18. Heb. 11.17.

Minæ sunt partes *verbi* Dei, quæ voluntatem dei de malo pœnæ præstando patefaciunt. Ezec. 20.13.21. Ezech. 33.2.3.4.5.6.

Eæ autē resipiscentiæ exceptionem semper annexam habent. Ezech. 33.13.14.15.16.17. Ezech. 20.14 22. Exod. 20.3.6. Iud. 10.13.16.

Atq; hæ sunt partes communes verbi.

Verbum autem Dei propriam suam habet excellentiam, vnde maximè est expetendum.

Ea autem excellentia est, qua omne verbum superat. Psal. 19.8.9.10.11. Pro. 13.14. & 12.5. & 3.23. Psal. 45.7. Prou. 8.6.7.8.33.34. & 16.16. 1. Sam. 12.25. Psalm. 119.129.160.

Huius excellentiæ duo sunt membra { Quod sit sapientia ἄνωθεν κατερχομένη. Quod sit perfecta. } Iac. 3.18. Psalm. 19. 10. Prou. 8.6. 7.8.9. Apoc. 4.18 Iac. 3.15.16.

Quod sit sapientia ἄνωθεν κατερχομένη est primum

mum excellentiæ membrum, quo fit vt sit maximè cœleste & diuinum, à sola summaq; sapientia profectum. Gen. 18.19. 1.Reg.2.1.2.3.4.Exod.13.5.Psa.19. 8.17. 1.Tim.6.4.Psa.11.1.2.& 119.132.Act.18.26.Heb. 1. 1.Reg.2.15. 2.Pet.5.2.

Quod sit perfectum, est secundum membrum excellentiæ, quo omni modo ad proprium finem sit consummatum.

Eius duo membra,	Æternitas. Absoluta efformatio.	Psal.19. & 109. 96. 129.

Æternitas, est primum membrū perfectionis, qua totum inuiolatum semper consistit, donec finis & fructus æternus obtineatur. Math.5.18. 1.Cor. 15.28. Heb.8.6.7.8.9.10.1.Ioh.1. Col.3.17. Heb.7.12.& 8.5. Gal.3.22.23.24. Mat.24.35. & 26.52. 1.Cor.9.8.13.14. Apoc.13.10.

Absoluta efformatio est secundum membrum perfectionis, qua naturam habet omnino absolutè constitutam.

Eius duo membra,	Quod sit purgatiss. Quod sit ampliss.	Proue.30. 5.6.

Purgatissimum, est primum membrum absolutæ efformationis, vnde tum materia, tum dictionis forma sit prorsus *a* vera, *b* pura, *c* sana, *d* clara, *e* genuina. (*a*) Prou.8.6.7.8. 2.Timo.2.18. 2.Ioha. 1. 2. 1. Tim.1.2. & 6.3.4.5. 2.Thess. 2.10.12. (*b*) Ioha.3.15. Psalm.19. 2.Thes.2.10.12. (*c*) 1.Timo. 6.3.4. & 4.6 2.Tim. 1.13. Psalm.119.43. 1.Tim. 6.20. (*d*) Psalm. 19.8.9. & 119. 131. (*e*) Psalm. 119. 7. 8.9. 10. &c.

Amplissimum, est secundum membrum absolutæ efformationis, vnde & sententia & dictionis forma, prorsus sit plena, ita vt nihil redundat vel desit ad finem proprium.

Atq; hæc de Verbo:

Sequitur de verbi adiunctis signo & sanctione verbi.

Signum est primum verbi *adiunctum*, eius veritatem resensibilem etiam per plures sensus nos confirmans. Marc. 16.20. Hebr.2.4. Gene.9.12.13. Luc.2.12.

Hic præparatio spiritus est πληροφορίας ex huiusmodi signo intendente studium. Gen.2.9.*cū* Ro. 4.11.*cum* Iudic.6.36.*cum* Esa.7.11.

Fructus, est eius incrementū. Iud.6.40.*cū ca*.7.1.

Actio coniuncta est varius pro varia rei sensibilis significatione ad πληροφορίαν augendam motus.

Sanctio verbi, est secundum *verbi adiunctū*, qua verbi authoritas tanquam fræno actiori conseruatur. Gen.2.17.

Hic autem *præparatio* est ex *iustitiæ diuinæ* sensu ad fructum percipiendum huius *sanctionis* studium summum. Gen.2.4.& contrar.

Fructus est timoris, studij & vigiliarum augmentum. Gen.3.1.2.

Actio coniuncta est animi ad hanc vehementiam incitatio. Gen.3.6.& contrario.

Hactenus de Politeia *diuina, quatenus generalis est vniuersæ gubernationis:*

Ciuilis

Ciuilis verò est *politeia* de rebus humanis.

Huius verò *æquitas* etsi ex verbo dei semper petenda est, constitutiones tamen de specialibus officijs, *vocationibus* &c. Humani κτίσεις sunt & dicuntur. 1. Pet. 2. 13.

Hactenus de gubernatione temporaria prout est omni tempestati communis:

Iam propria vnicuiq; sequitur.

Tempestates præordinatæ pro varia rerum cōditione varijs suis periodis distinguntur. *De integra rerum conditione. cap. 14.*

Rerum ergo conditio primò & generalissimè considera- tur vt sit { Integra. Corrupta. } Gen. 5. 1. 2. 3. &c. Eccle. 7. 29. 30.

Integra rerum conditio, est ea rerum conditio quæ fuit ex creatione, quod vnius diei spacio terminabatur à sexto ad octauum. Gen. 2. 3. & 1. 8.

Homo autem ad *fælicitatem* suam prædictam commodiùs fruendam in horto Hedenis loco amœnissimo à Deo in hunc finem constituto locatur: *vt describitur*. Gen. 2.

In hac hominis conditione quæ specialia ad *imaginem dei* spectant ad εὐταξίαν referenda sunt, eaq; ad { *æconomiam. Politeiam,* }

In æconomia specialia.

sunt { Specialis conuictus ratio. Hominis opera. }

Specialis conuictus ratio propter prædictam *fælicitatem* ea præstante & decoro simplicitate cōstabat quæ hominem à multis adiumentis externis

 eisq;

eiſque in rebus corruptis poſteà neceſſarijs) ſua perfectione ſegregabat, etiam propter vniuerſi corporis τίμην και ευχημοσύνην tum exiſtentē eos nudos ſine erubeſcentia continebat. Gen. 2. 25. 1. Cor. 12. 23.

Opera hominis erat abſq; omni laboris moleſtia iucundiſſima, præcipuè autem in horto colendo & cuſtodiendo verſabatur. Gen. 2. 15. & 3. 17.

Hæc in œconomia *ſpecialia fuerunt:*
In politeia *ſequuntur, in* diuina *primò, poſtea in* ciuili.

In diuina ſpecialia ſunt autem de
{ *rebus Iehouæ.*
{ De officio diuino Adamo impoſito. } Gen. 2. 17. 18.

De rebus Iehouæ ſpecialia ſunt
{ *Primò, de verbo.*
{ *Poſtea, de verbi adiunctis.* }

De verbo ſpeciale, eſt doctrina ſpecialis *immediata* à Deo ipſo reuelata.

Eius duæ partes.
{ Prima, de ijs quæ ad *œconomiam* pertinent.
{ Secunda, de particulari die qui in ſabbathum conſecrandus erat. } Gen. 1. 28. 29. 30.

Quæ ad *œconomiam* ſpectant ſunt de
{ Matrimonio.
{ Alimento. } Gen. 1.

Quæ ſunt de matrimonio, ſunt de eius
{ Inſtitutione.
{ Celebratione ſpeciali. } *Ibid.*

Matrimonij inſtitutio hic propria eſt, quæ ſapientiſſi-

entiſſimo Dei decreto, ratione penitus diuina, continetur: vt, *Nõ eſt bonum hominem eſſe ſolum: ergo habebit vxorem auxilium accommodum ipſi.* Gen. 2. 18.

Celebratio ſpecialis, eſt celebratio propria forma facta, in horto Hedonis, vt ſit vitum exemplar, & fũdamentum doctrinæ communis & æternæ de matrimonij legibus. Gen 2. 24.

Forma propria duobus præcipuè capitibus continetur.

Primum caput eſt de coniunctione ſolemni, népe Deum mulierem à viro deſumptam, ad Adamum adduxiſſe, eóſque ab ipſo ita coniunctos, diuina propagatione, rerum creaturarum benedictione, & ipſorum in ipſas dominio donaſſe. Gen. 2. 21. 22. & 1. 8. & 5. 2.

Secundum caput, eſt de hominis ſolemni acceptatione vxoris, nempe hominem mulieré ſibi coniunctam vnica illa vice in finẽ prædictum propriè, os ex oſſibus eius, carnem ex carne eius agnouiſſe.

Et in huius acceptationis illuſtrationem nomine idoneo illam adornaſſe. Gen. 2. 23.

Et hæc de matrimonio ſpecialia.

Sequuntur de alimento

vel { Cõmuni hominib. & reliquis animãtibus ex herbis conceſſo. Gen. 11. 29. 30. 31.
Proprio homini, ex omni fructu arboris horti, excepto arboris ſcientiæ boni & mali. cap. 2. 17. }

Atq; hæc sunt specialia de verbo Dei:

Specialia de verbi adiunctis

sunt { *Sgnum* arboris vitæ. / *Verbi sanctio* de non comedendo fructu arboris scientiæ boni & mali. }

Signum arboris vitæ, est *signum* gratuitũ donum *vitæ Dei* æternæ à patre in filium per spi.sanct. homini in obed.præstanti, obsignans. Gene.2.9.& 3.22, 24.Apo.2.7.1.Ioh.1.4.Pro.8.30.31.

Verbi illius sanctio est certissima mortis in ipsa inobedientiæ instantia, denunciatio. Gen.2.19.

Mors denunciata, est *vitæ Dei* priuatio, in eius odium, indeq; in summam corporis & animæ miseriam, & dedecus. Gene.3.7.10. Rom.3.23.& 5.8. 10. Eph.4.18.

Atq; hæc sunt specialia de rebus Iehouæ:

Sequitur officium diuinum Adamo impositum.

Officium diuinum Adamo impositũ, erat prædicta omnia docere & eorũ exequutione perpetuò præesse. Gen.2.16.17. & 3.9.11. & 17.1. 1.Tim.2.12. 13.14.*cum* 1.Cor.14.34.

Et hæc sunt specialia in diuina politeia.

De ciuili verò, etsi ea ad nullam perfectionem, propter temporis breuitatem, in rebus integris peruenire potuisset: eius tamen seminariũ aliquod non obscurè elucet, in sapiẽtissima illa & ad verũ politeias vsum accõmodata, pro varia omniũ animaliũ natura, nominum designatione. Gen.2.20.

Atq; hic est primus τῶ καιρῶν πρ͂οlεταγμένων *periodus in* integra *rerũ cõditione*: corrupta *sequitur.*

DE

LIBER TERTIVS DE COR-*rupta rerum conditione.*

Corrupta rerum conditio eſt earum conditio quæ ex *lapſu* promanat.Rom.5.12.1.Cor.5.55. 56.Gen.2.17.Rom.3.23. *De Lapſu. cap.*1.

Lapſus,eſt defectio præcipuarum creaturarum in *peccatum*,quæ à die ſecundo intra ſeptimum fuit.Gen.1.8. *cum* Pſal.104.3.4. Iud.6.2. Pet.4. 1.Ioh.3. 4.8.Rom.5.19.

Peccatum,eſt quicquid in præcipua creatura,nō eſt ſecundum rectitudinem, qua præcipua creatura tenetur vi *imaginis Dei.*

Siue ergo ſit priuatio boni totius,vel partis alicuius;ſiue adſit malæ qualitatis aliquid: illud quicquid eſt,*peccatum* eſt.Rom.5.14. Heb.12.1.& 5.23. Rom. 2.12. 1.Ioh.3.4.8.Leu.4.2.13.22.27.

Quare *peccatorum*,cum ſpecies ἀναλογῶς ad *imaginem dei*,eiusq; partes cōmunes & ſpeciales, internas & externas,tum ad ea etiã quæ eius vi & æquitate hominibus præcipiuntur referri debent, & à lectoribus eruditis ad propria capita ſecerni.

Lapſus & peccatum,etſi in prædeſtinationis impletione, vt (*a*) media à Deo tum decernuntur, tum diſponuntur (*b*) & in ijs particulares actiones omnes ab ipſo efficaciter agantur, (*c*) tamen ipſa à Deo voluntariè tantum permiſſa, ad vltimum finem diriguntur. (*a*) Roma. 11. 32. 1. Petr. 2. 8. Math. 25. 41. *cum* Eſai. 54. 16. (*b*) Rom.11.36. Ephe. 11,11. Exod.10.1.20. & 11.10. &

14.4.1.Sam.2.25. 2.Sam.12.11. Psal.105.25. Ioh.12.40. Gen.3.(*c*) Iac.1.13. Act.14.16.

Peccatum autem *adiunctum*

habet	Reatum.		Leu.20.11.12.Psa.103.10.Rom.
	Pœnam.		5.21.Leu.4.13.22.27.

Reatus, est meritum *peccati*, quo peccans ὑποδικὸς τῷ θεῷ constituitur. Leu.5.20. & 24.25.26. Ezræ.9.6.15. Math.5.21.22. Leuit.5.1.2.4.5. &c. & 6. 10.

Pœna, est stipendium *peccati* ob reatum *peccati* inflictum. Lam.3.39. Rom.6.23. 2. Thes.1.9.

Estq;	Temporaria.	2. Pet.2.
	Æterna.	4.6 9.

Temporaria, est pœna ad tempus inflicta, ad æternum tendens. *Ibid.*

Æterna, est pœna de æterno exitio à *præsentia Dei* eiusq; gloria; Cuius locus in inferioribus situs, abyssus dicitur. Luc.8.31. Qui sicut & ipsa pœna, alijs multis nominibus figuratus, insignitur. 2. Thes.1.9.

Atq; *hæc* peccati *propria.*

Pro *peccati* incremento etiam augentur. Mat.5. 21.22. & 12.31.32. & 11.22. Luc.20.47. & 12.47. Heb.2. 23. & 10.28.29.

Peccatum est	Angelorum.	Ioha.8.44. 1. Ioha.3. 8.9.
	Inde ortum.	Gen.3.1.2.3.

De angelorum peccato communi. ca.2.

Angelorum peccatum est *peccatum* à voluntate ex se tantum ἑκουσίας deprauata. Heb.6.2. Pet.2.4.

Huius *peccati* ratio hæc erat: cum Angeli non

ſint vt Deus natura κακῶν ἀπειράςῃ præditi, & proinde ex varijs tum intellectus, tum voluntatis ſubiectis, varijs motibus (etiam quibus antea non ſint experti) ſubijcerentur, Deo ipſos in *lapſus* momento nec ſuſtentante, nec noua gratia confirmante, quia neq; illud debebat, neq; ſine iuſta cauſa (nẽpe vt viam prædeſtinationis impletioni ſterneret) omittebat, ſtatim lapſi ſunt, quod quàm clariſſime ex cauſa contraria perſeuerantia angelorum electorum patet. Iacob.1.13. Iob.15.13.&4.18.

Lapſi ſunt autem inter ſeptimi & ſecundi a creatione diei initia. Gen.1.8.Pſal. 104.3.4. Gen.3.1.

Huius *peccati* pœna temporaria eſt, qua ipſi angeli é cœleſti habitatione eiuſq; *gloria* in inferiora ταρταρώμενοι perpetuo tormento traditi, abyſſum formidantes, ad plenam damnationem ſeruantur. 2.Pet.2.4.Iud.6.Eph.2.2.& 6.12.Luc.8.3.

Peccatum inde ortum, eſt *peccatum* ex Satanæ ἀπάτῃ in humanum genus inductum. Gen.3. 1.2.3.Iob.8.44.1.Tim.2.14.Eph.4 22. *De hominis peccato communi.ca.3.*

Vnde etiam ἀγνοήματα appellantur. Heb. 9. 7. & 3.10.

Huius *peccati* pœna propria, eſt mors prædicta, ad cuius miſeriam perpetuam (donec in vltimo iudicio completa fuerit) conſtituendam

infliguntur { mala huius vitæ.
mutatio vitæ miſera.

Deut.28 45. Eccleſiaſtes.8.11.12.Rom.6.23.

Mala huius vitæ, ſunt mala in humana vita homini inflicta.

Ea autem sunt quæ homini infliguntur { dum viuit. / post vitam. }
Iob. 18. 17.18.

Dum viuit mala sunt { Spiritualis seruitus. / Huius vitæ calamitates. }
Psal.69.22.23.24.& 109.6.7 8.9.10.

Spiritualis seruitus, est seruitus sub potestate tenebrarum id est hostium spiritualiter lætalium. Col.1.13.

Est seruitus { Mundi. / Diaboli. }

Seruitus mundi est seruitus κατὰ τὸν αἰῶνα τȣ̃ κοσμȣ̃ τȣ́τȣ. id est. consuetudines malos, maláq; omnia quæ per varia secula, vitæ humanæ imponuntur. Eph.2.2. Ioh.17.15. 1.Ioh.2.16.

Seruitus Diaboli, est seruitus sub potestate Diaboli. *ibid.* 2.Cor.4.4.

Potestas Diaboli, est potestas efficaciter agendi in hominibus, & ipsorum respectu mortis imperium habendi. *ibid.* 2.Cor.4.4. *cum* Heb.2.14.

Calamitates huius vitæ sunt vel { Circa personam. / ea quæ pertinent ad personam. }
Iob. 1.12.& 2.4.5.

Circa personam sunt { Corporis. / Animæ. } Deut.27.28.

Corporis sunt infinitæ illæ miseriæ quibus corpus humanum est obnoxium. Quorum multa recensentur. Deut.28.21.22.

Animæ etiam, quibus anima est obnoxia, vt stupor & amentia cordis, cor obduratum, terror conscientiæ,

ſcientiæ, & cætera huiuſmodi. *ibid.* 28. & ver. 65. 66. 67.

Calamitates circa ea quæ ad perſonam pertinẽt, ſunt eæ omnes, quibus omnia humanæ vitæ bona, vtpote vxor, liberi, nomen, facultates, honor, creaturæ vſus, vtilitáſq; & cætera omnia obnoxia ſunt. Quarum multas vide Deut. 28.

Mala poſt vitam, ſunt mala ijs hominum bonis quæ poſt mortem ſupereſſe poſſunt inflicta, vtpote nulla nominis recordatio perpetua infamia, pœna iniquitatis in poſteritatẽ. vt Pſal. 109. Iob. 18. *Mand.* 2. Pro. 10. 7.

Miſera mutatio huius vitæ eſt mutatio illius pro conditione multo magis miſera. Heb. 9. 27.

Ea eſt { mors.
eius vice ſubita mutatio. }

1. Cor. 15. 51. 1. Theſ. 4. 17. ἀναλογῶς.

Mors eſt ſeparatio corporis ad interitum, & animæ ad horribilem cuſtodiam loco deſtinato, donec veniat plena condemnatio religandæ. Luc. 6. 25. 26. 1. Pet. 3. 19.

Vice eius mutatio ſubita eſt mutatio humanæ vitæ ἐν ἀτόμῳ in conditionem ad pœnam æternam ſubeundam idoneam.

Hactenus de generibus peccati, eiuſq; affect. communibus: Species ſequuntur.

Vtrumq; autem eſt { Primarium, quod cauſa eſt ſecundarij.
Secundarium, quod effectus eſt primarij. } Ioh. 8. 44.

De peccati ſpeciebus. cap. 4.

Primarium

Primarium in angelis est eorum peccatum primum & particulare, quo propriam stationem in coelis ad ministerium designatum reliquerunt. Iud. 6.2.Pet.2,4.Ioh.8.44.

Secundarium, est ex prima defectione, naturæ depriuatio, qua semper malitiose & (quantum possint) potenter in Deum hominésq; feruntur. 1.Ioh.3.8.9. 1.Pet.5.8.Eph.6.12.

Vnde ἀρχαὶ, ἐξουσίαι κοσμοκράτορες τοῦ σκότου αἰῶνος τούτου, πνευματικὴ τῆς πονηρίας, spiritus impuri &c.dicuntur. Eph.6.12.

Hi sunt { Diabolus vel Beelzebub.
Angeli eius.

Mat.12.24.& 25.41.Luc.8.30.31.Apoc.12.7.

Diabolus, princeps est reliquorum, & mundi Deus. 2.Cor. 4.5. Satan temptator κατὰ ἐξοχήν. Mat.4. Serpens vetus, Draco, &c. dicitur. Apoc.11. 9. 15.

Angeli eius sunt reliqui omnes qui pro facultatū differentia ei ministrantes nomina diuersa sortiuntur. Luc.8.30.

Primarium humanum *peccatum*, est primorum parentum παράπτωμα. Rom.6.15.

Παράπτωμα illud, est transgressio de fructu illo prohibito. Gen.3.5.Rom.3.15.

In hoc παραπτώματι

consid. { Membra. } Gen.3.6.7.
Pœna.

Membra sunt { Esum præcedentia.
Esus.

Esum

Esum præcedentia sunt { interna. / externa. } *ibid.*

Interna sunt { insidelitas. / inde enascentia. }

Insidelitas, est primum internum, qua per diaboli imposturam prius διάνοια excæcati de amore dei erga eos hæsitârunt. 1. Tim. 2. 14. 15. Gen. 3. 2.3.

Inde enascentia, sunt subscriptio

Diaboli { Impostura de incertitud. pœnæ denunciatæ. / Calumnia de Dei erga ipsos insidia. ver. 3.4.5.6. }

Externum, est ex internis enascens vagum oculorum desyderium. Gen. 3.6.7.

Esus est externa mandati inobedientia in fructu comedendo. ver. 6.

Huius παραπτώματος pœna

duplex { Sensus nuditatis. / Terror conscientiæ. } ver. 7.8.

Sensus nuditatis est is sensus miseriæ animæ & corporis, qui ipsos de nuditate erubescentes, ad subligacula fabrificanda impulit. Gen. 3.7.

Terror conscientiæ, est is terror conscientiæ è nuditatis sensu ad vocem Dei quæ ipsos impulit vt se à facie Dei absconderent. Gen. 3.8.10.

Hactenus de παραπτώματι generaliter: Species sequuntur.

Sunt autem { Mulieris / Viri } transgressio.

Mulieris transgressio, est παράπτωμα, qua ἀπατηθεῖσα

ϖάτεδεισα ἐν ϖαραβάσει γέγονε.1.Tim.2.13.

Huius ϖαράπτωμ: pœnæ, duo membra.

Primum, τεκνογονίας difficultas, quæ est doloribus in conceptu, gestatione, partu, educatione coniuncta.

Secũdum, appetitus dominij, qui est ex sensu infirmitatis per peccatum ægrum dominij viri disyderium. Gen.3.18.

Viri transgressio est ϖαράπτωμα cùm mulieri auscultans, socius factus est inobedientiæ. Gen.3.6.

Huius paraptomatis pœna est in quocunq; vitæ genere, vita laboriosa, & erumnosa. Gen.3.17.19.

Hactenus de ϖαραπτώματι.

In quo duplex inest consideratio	Prima quæ ipsorum præcipuè viri personam Secunda, quæ posteros	respicit.

Rom.5.12.13.14. 1.Tim.2.12.13.14.

Prima consideratio ipsorum personam respiciens, ex ϖαραπτώματος illius merito contractum infert reatus { Mortis ante denunciatæ. / Secundarij peccati. }

Secunda consideratio posteros respiciens, est de totius posteritatis *peccato*, eiusq; reatu in singulari illo ϖαραπτώματι. Rom.5.13.14.15.

Peccatum illud posteritatis, est vnicũ illud ϖαράπτωμα quod omnes in lumbis Adami ex lege naturali de semine propagando cum ipso perpetrarunt. Rom.5.12.

Reatus illius *peccati* est reatus pœnæ de toto illo contractu in Adami persona ad posteritatem to-

tam

tam, lege prædicta propagando. Rom.5.13.14.15.16. 17.18.Eph.2.1.2.

Hactenus de primario humano peccato:*Secundarium sequitur.*

Secundarium est quod é primario fluit. Rom. 5.12.

Estq; { Natiua *corruptio*, quæ etiam vetus homo, caro, concupiscentia, lex membrorum dicitur. Ioh.3.5. Rom.7. Gal. 5. Iac. 1. 17. 2.Pet.1.
Inde ortum *peccatum*. }

Rom.6.16.17. Gal.5.19. Col.3.3.9.

Natiua *corruptio* est secundarium *peccatum* omnes hominis facultates corruptione *peccati* naturaliter inhærenti inficiens . Gen. 8. 21. Rom. 3. 10. Ephes. 2. 3. & 4. 17. 18. Tit. 3. 3. Psal. 51. 7.

Natiuæ *corruptionis* membra sunt { *Corruptio* facultatũ internarum.i.animæ.
Corruptio externarũ facultatum.i.corporis. } *ibid.*

Facultatum animæ *corruptio*, est præcipua pars natiuæ corruptionis, qua omnes animæ facultates, *peccati* labe inficiuntur. Gen.8.21.

Est autem { intellectus.
facultatum eam sequentium. } Tit.3.3. Eph.2.3,

Corruptio intellectus, est *corruptio* ignorantiæ, qua mens ita inquinatur, vt quæ Dei minimè, contraria maximè sapiat. Rom.8.5.

Eius

Eius sunt duo membra. { Ignorantia *sanctitatis.*
Ignorantia eorum quæ ad regnum Dei instaurandum pertinent.

Ier.31.33.34. 2.Cor.3.18.

Ignorantia *sanctitatis*, est qua intelligentia cognitionis,& sapientiæ, natiua rectitudine priuata, ita in *sanctitate* obcæcatur, eiq; repugnat, vt ne bene cögitare possit homo. Rom.8.7. Gen.8.21. Ier.24.7. 2.Cor.3.5. Psal.119.18.34.Eph.4.13.Phil.1.4.Col.1.9.

Sunt tamen notiones quædam generales de rebus bonis, & malis *corruptæ* & mancæ, præcipuè in pietate,minùs in *iustitia*,quæ quidem huiusmodi sunt vt homines tantùm inexcusabiles reddant. Rom.1.19.20.21.& 2.1.15.

Ignorantia eorum quæ ad regnum Dei pertinent, est qua intelligentia ita obcæcatur , vt ea non modò non possit capere, sed etiam pro stultis habeat.1.Cor.2.14.

Hactenus de corruptione *intelligentiæ : Sequitur de corruptione reliquarum facultatum.*

Ex quibus oritur conscientiæ *corruptio.*

Corruptio conscientiæ, est aberratio eius a primæua rectitudine.Heb.10.22. Tit.1.15.

Aberrat autem { excusando. accusando. } Rom.2.15.

Excusando cùm ex ignorantia falsò excusat,idq; dupliciter.

Primò, cùm quæ genere bona sunt,& opera legis:specie verò & in ipsis *peccata*, excusat. Rom.2. 15.& 7.9.

Secundò

Secundò, cùm excusat ἐθελοθρεσκίας, & quæ sunt eiusdem generis. 1. Chron. 13. 9. Gal. 1. 14. Ioh. 8. 9.

Accusando, cùm tribunal diuini numinis sistit ob malum, vnde conscientiæ terror. Heb. 10. 22. 1. Ioh. 3. 20.

Fit autem dupliciter.

Primò, cùm accusat ob verè mala. Ioh. 8. 9. Quod etsi verè fit, non tamen *sanctè* fit, quia bona conscientia tantum rectè excusat.

Secundò, cùm ob mentem superstitioni inquinatam, voluntarij *cultus* & eorum quæ sunt eiusdem generis transgressionem tanquam *peccatum* coram Deo reprehendit. Col. 2. 21. Eccl. 7. 16.

Atq; hæc est corruptio conscientiæ.

Reliquarum facultatum *corruptio*, est vel { memoriæ. / facultatum sequentium.
Pro. 3. 1. Psal. 119. 16.

Memoriæ *corruptio* est *corruptio*, vel bonum non omnino; vel bonum & malum minimè vt debeat, retinendi.

Facultatum sequentium *corruptio* est { voluntatis. / affectionum. }
Rom. 3. 12. 13. Tit. 3. 3. Eph. 4. 19.

Voluntatis *corruptio* est, qua nullis viribus ad bonum, omnibus vero ad tantummodo malum, prædita est. Gen. 18. 21. Rom. 5. 6. Phil. 2. 13. 1. Pet. 4. 2.

Affectionum *corruptio* est, qua pro diuersa earum natura ad bonum nunquam, ad malum vero semper commouentur. Rom. 3. 12, 13. Gal. 5. 24.

Quarum etiam species omnes ex ijsq; habitus singuli, diligenti meditatione, ad bonarum ἀναλογίαν a lectoribus definiri & proprijs locis reponi facilè possunt.

Hactenus de corruptione *internarum facultatū.*

Externarum verò, est ex interna *corruptione*, qua sint aptissima instrumenta *peccati* & incipiendi & perficiendi. Gen. 3. 6. Iob. 31. 1. Psal. 119. 37. Rom. 6. 19.

Hactenus de natiua corruptione *quæ communiter originis* peccatum *dicitur: Sequitur inde ortum* peccatum.

Peccatum inde ortum est eius fructus.

Est autem { internum. / externum. } Iac. 1. 14. 15.

Internū est vel { Intellectus & memoriæ vt errores, obliuiones. &c. / Concupiscentiæ actio. } Ep. 2. 3. He. 3. 9

Concupiscentiæ actio, est actio *corruptarum* facultatum sequentium, ad *peccatum* perpetrandū. Iac. 1. 14.

Actio concupiscentiæ est { ἐπιθυμίας πειράσμος. / πειράσμου effectus. } Iacob. 1. 14.

Mand. 10. *cum Mand.* 7. Gal. 5. 24.

Επιθυμίας πειράσμος est actio concupiscentiæ, sequentes facultates ad *peccatum* proximè inclinans. Rom. 7. 5.

Est duplex { ἐξελκῶσις. / δελεάσμος. }

Ἐξελκῶσις est primus ἐπιθυμίας πειράσμος

quo

quo tanquam pondere sequentes facultates primò mouentur. *Ex vi verbi.*

Δελεάσμος est secundus ἐπιθυμίας πειράσμος sequentes facultates titillatione inescans. *ex vi verbi.*

Πειράσμȣ effectus, est actio concupiscentiæ magis perfecta.

Est duplex { Conceptio. Partus. } *ibid.*

Conceptio, est primus effectus πειράσμȣ, voluntatem ad eligendum: affectiones ad malum plenè amplectendum, agens, & propriè dicitur consensus. Mat. 5. 28.

Partus, est secundus πειράσμοȣ effectus, tum sequentium omnium facultatum vi; tum instrumentorum omnium adiumento, perpetrationem efficiens. Psal. 7. 15.

Hæc de interno peccato:

Externum sequitur.

Externum est actio externa quoquo modo aberrans. Exod. 21. 13. Num. 35. 23. 26. 27

Huiusmodi actiones sunt { incipientes. perficientes. } Gen. 3. 6.

Incipientes sunt omnes externæ actiones, ἐπιθυμίας πειράσμον pro diuersa sua natura adiuuantes. Psal. 119. 37. Iob. 31. 1.

Perficientes actiones, sunt externæ actiones, corporis membra, instrumenta & arma *peccati*, exhibentes. Rom. 6. 14.

Hinc *peccatum* perpetratū, quod κατὰ ἐξοχὴν

ἡ ἁμαρτία dicitur, quæ ἀποτελεσθεῖσα id est consummatam perfectionem, vel finem singulis reprobis destinatum cõstituta ἀποκύει, id est, non meretur modo, sed absq; omni remedio parit mortem. Iacob.1.14.

Pecatum perpetratum est vel { ex errore commissum. / cognitioni coniunctnm. }
Luc.12.47.Psal.119.13.14.

Peccatum ex errore commissum, est *peccatum* cuius causa præcipua sit ignorantia: estq; ex errore { iuris. / facti. }

Ex errore iuris, cum *peccatum* perpetratur ex ignorantia voluntatis Dei.Luc.12.47.Leuit.4.2.3.

Ex errore facti est, { occultum. / ex ineuitabili ignorantia facti. }

Pecatum occultũ, est *peccatum* ab hominibus propter negligentiam prorsus abditum. Leu. 4.13. Psal.19.13.

Pecatum ex ineuitabili ignorantia facti, est *peccatum*, vbi *peccati* ratio ex huiusmodi ignorantia: actionis vero, ex diuinæ prouidentiæ necessitate, oriatur. Exod 21.13.Num.35.23.26.27.Leuit 5.

Pecatum cognitioni coniunctum, est *peccatum* quod perpetratur contra veram cognitionem voluntatis Dei. Luc.12.47. Ioh.9.41. Psal.50.16. & 51.8 Num.35.20.

Peccatum hoc est vel { Vt reliquorũ *peccatorum* genera remissibile. 1.Sam.2.25. / Irremissibile. Heb.10.26.1.Ioh.5.16. }

Remissibile

Remissibile, est *peccatum* ex infirmitate.

Est autem { ex infirmitate præcipuè ortum. / contumax.

Psal.19.13.14. Leuit.6.1. Num.5.5.

Ex infirmitate præcipuè, est cùm aliquatenus tantum vel non omnino fit ex pertinacia. *ibid.*

Peccatum contumax est *peccatum* aliquatenus ex infirmitate, præcipue vero ex pertinacia ortum. *ibid.*

Est autem { Apertum magis. / Reconditum magis.

Apertum magis est quod aperte ex superba proteruia in Deum profectum est, vnde dicitur elata manu perpetrari. Num.15.30.31.

Atq; hæc si in erroribus contra *veritatem quæ est secundum pietatem* defendendis versetur, hæresis est. Deut.17.12. Ier.29.32. & 28.16. 1.Cor. 11.19. Galath.5.20. Act. 5.17. & 24.14. 1. Tim. 6.6. Tit.3.10.

Hæreseos error est duplex { prorsus læthalis / aliàs periculosus.

Eph.3.11.12. Col.2.18. 1.Tim.1.6.20. & 6.1.21. 2.Tim.2.18.

Prorsus læthalis est cùm a *veritatis*, *quæ est secundum pietatem* scopo, prorsus aberratur, ita vt simul etiam euertetur. *ibid.*

2.Tim.2.18.

Id autem fit cùm vera doctrina de *Deo vno, personarum trinitate, actionibus Dei, imagine Dei, peccato, eiusq; differentia, de medijs re-*

ſtaurationis, vel in ſolidum euertitur, vel huiuſmodi pars aliqua, quæ reliquam prorſus ad ſalutem perficiendam & ad *gloriam Dei* illuſtrandum reddit inanem. Ioh.17.3. Col.2.2.5.

Vt ſi quis (*a*) principia duo, malum & bonum ſtatuat, (*b*) patrem, filium, aut ſpiritum ſanctum ὑποςάσεις diſtinctas eſſe abneget, (*c*) aut natura inæquales aſſerat, (*d*) aut in rebus creatis animæ immortalitatem prorſus neget, aut prorſus reſurrectionem a mortuis; (*e*) aut ex imaginum aut angelorum *cultu pietatem quæ eſt ſecundum imaginem Dei* ſubuertit, (*f*) aut ſemina *iuſtitiæ* ita abijciat, vt nullum ordinis aut ἀταξίας honeſtæ aut inhoneſtæ diſcrimen ſtatuat, (*g*) aur in *politeia, verbum, verbiq;* *miniſterium* omnino abijciat, quod etiam de reliquis *Theologiæ* partibus ἀναλογῶς ſtatui debet (*a*) Rom. 11.34.36. 1. Cor. 8.4.5.6. (*b*) 1. Ioh. 2.22. (*c*) 1. Ioh. 5.20. (*d*) Eccleſiaſt. 3.20.21. (*e*) Hoſ. 2.2.3.4. 1. Ioh. 5.21. Col. 3.19. (*f*) 1. Theſ. 4.8.9. (*g*) Rom. 10.13.14.15.

Alias periculoſus, eſt qui non ita a ſcopo aberrat. Act.10.15.16. & 11.2.3.4.

Atq; hæc de hæreſi.

Peccatum reconditum magis, eſt quod abuſu indulgentiæ diuinæ oritur. Pſal. 50. 21. & 19. 14. Rom. 2.4.5.

Atq; hæc de remiſſibilibus peccatis.

Irremiſſibile, ſiue *peccatum* in ſpiritum ſanctum, id eſt, donum ſpiritus, eſt *peccatum* quod ex mera obſtinata malicia in veritatem certó agnitam

tam admittitur.

Mera obstinata malicia, est cùm superbia, temeritate, indignatione, & huiusmodi vllis affectibus misceatur. Mat.12.31.Heb.10.26.

Hoc etiam *peccatum* augetur, cùm in totam *veritatem quæ est secundum pietatem* feratur. Heb. 6.4.5.6.7.8.

¶ LIBER QVARTVS.

De fœdere Dei & Christo.

Cap. 1.

ATq; *hactenus de* peccato, *ita vt ex his & singularum* imaginis Dei *partium* analogia, *omnium* peccatorum *natura facillimè definiri & secerni possit, modò adhibeatur in scripturarum lectione & meditatione diligentia.* *De fœdere Dei. cap.* 1.

Hactenus etiam de lapsu, *prædestinationis implendæ* medio *communi in conditione* corrupta: *Sequitur de secundo, nempe* Fœdere Dei.

Mal.2.10.11. Gen.3.7.*cum* Rom.2.14.15. Gen. 4. 7. Rom 9.4.5. Eph.2.12. Gal.3.19.

Fœdus Dei est *fœdus* cum homine eiusq; semine ictum de vita & morte. Gen. 2. 17. & 3. 15. & 17. 1. Gal.3. 10. 11. Mar. 16. 16.

Fœderis membra sunt { actio dei stipulantis. / actio hominis stipulationem recipientis. } Rom. 2. 12. 26. Gen. 17. 1. Exod. 23. 8. Deut. 26. 17. 18. Mar. 16. 16.

Actio Dei stipulantis, est primum membrum *fœderis*, quo Deus stipulatur se fore hominibus in Deum, ad benedictionem vitæ, si conditionem annexam impletam habuerint: sin minùs contra. *ibid.*

Actio hominis stipulationem recipientis, est secundum membrum *fœderis*, quo homo recipit se fore Deo in populum ad benedictionem vitæ, prout conditionem annexam impletam habuerit. *ibid.*

Fœdus duplex est. { Operum *fœdus*. Gratuitæ promissionis *fœdus*. }

Gen.4.7. Ier.31.3. Rom.10.5. Gal.3.8.9.10.15.16.17. Eph.2.12.

De operum fœdere. ca.2.

Operum fœdus est *fœdus* vbi conditio annexa est perfecta obedientia. *ibid.*

Huius *fœderis* vsus in prædestinatione implenda duplex est.

Primus, vt omne os obturetur & obnoxius fiat totus mundus condemnatione Dei. Rom.3.19.

Secundus ad *peccatum* eiusq; miseriam patefaciendum, & carnis occasione operandum, etiam magis magisq; augendum, vt ad restaurationem in *fœdere* gratuito quærendam impellantur. Rom.3.19.20. & 7.7.8.9.10.11. & 11.32. Gal.3.22. & 5.23.

De fœdere gratuitæ promissionis. ca.3.

Fœdus gratuitæ promissionis est *fœdus (a)* de *Christo* & εὐλογίᾳ in ipso extante, gratuitó promissis, *(b)* vbi conditio est, si recipeatur *Christus*. *(a)* Gal.3.12.13.14. Gen.3.15. & 11.35. Deut.31.15.16. Psal.74.20. & 106.45.47. & 111.5.9.

Esa.44.17.& 59.21.& 61.8.Ier.32.43.44.Ezech.16.6.60. & 34.24.25.& 36.26.27.& 39.29.& 43.9.Hos.2.18.Zac. 9.11.Mal.3.1. (*b*) Ioh.1.11.12. Rom.5.17.Ephe.2.5.6. 13.

Christus est filius Dei per hypostaticam vnionem homo factus.Ioh.1.1.14. 1.Ioh.4.2. 1.Tim.3.16. Col.2.9.Heb.2.14.16.Rom.1.3.& 9.5. *De Christo.cap.4.*

Hic consid. { Hypostatica vnio. / *Christi munus.* } Col.2.9.10.11. Heb.2.16.17.

Hypostatica vnio est ea vnio assumentis & assumptæ naturæ, qua naturæ duæ inuicem perfectè distinctæ, vnà sint hypostasis.1.Tim.3.16.Col.2.9. Heb. 2.16.Gal.4.4.

Hic obseruand. { Naturæ vnitæ earumq; distinctio. / Vnionis effectus. } 2.Cor. 13 4.5. Heb. 1.3.

Naturæ vnitæ sunt natura { Assumens. / Assumpta. } Heb.2.16.Phil. 2.6.7.

Natura assumens est (*a*) ea natura, qua *Christus* est secunda persona trinitatis, (*b*) ab ea autem natura assumpta à conceptionis momento sibi vnita (*c*) in hac hypostasi tantum subsistit, & in æternum gestatur & sustentatur. (*a*) Phil.2.6.7.Ioh.3.16.& 1.1. 2.3.18.& 5.17. 1.2.& 20.28. 1.Ioh.5.7.20. (*b*) Luc.1. 35.Gal.4.4. Mat.1.23. (*c*) Ioh.10.17.18. & 5.26.27. 1. Pet.3.18.

Natura assumpta, est qua *Christus* est homo nobis similis per omnia excepto *peccato.* Hebr.2.14. 15.16.17.& 4.15.Rom.8.3.

Huius naturæ proprietates

sunt { Essentiales. / Accidentariæ. } Ioh.2.19.& 10.18.

Essentiales sunt vt in anima, (a) humanus intellectus, voluntas, memoria, humanæ affectiones: (b) In corpore, soliditas, circumscriptio, conformatio iusta partis extra partem. (a) Luc. 2. 47. Math. 27.39. Luc.3.21. (b) Luc.24.39. Marc. 16. 19. Act. 1.9.11. Luc.21.27. Math.24.30.& 25.31. Luc.22.69. Act. 7.55.& 3.21.

Accidentaria sunt { Infirmitatis. / Gloriæ. } Phil.2.7.8.9. Luc.24.26.

Infirmitatis sunt, Tum in anima, vt ignorantia siue *peccato*. Mar.13.32. Ignorantia quorundam donec sensu cognoscuntur. Marc.11.13. augmentum sapientiæ & gratiæ apud Deum & homines. Luc. 2.52. Memoriæ infirmitas ex omnium facultatum concussione, dolores, metus, tristitiæ. Math. 27. 37.38.39. & 27.46. Heb. 5.7. Dilectio specialis erga personam aliquam. Marc. 10. 21. Admiratio. Marc. 6. 6. animi commotio, ira, perturbatio suiipsius, fremitus spiritus. Math. 9. 39. Marc.3.5. Ioha.11.33.38. Indignatio. Marc. 10.14. Tum in corpore, conceptio, & natiuitas, excepto *peccato* nostri similis, augmentum staturæ, defatigatio, esuries, dolor, lachrymæ, mors. Luc.2. 52. Ioh. 4.6. Mat.4.2. Heb.5.7.

Gloriæ proprietates, vt in anima, sapientia, cognitio, potentia creata, etsi *deitati*, inæqualis; nobis tamen incomprehensibilis, omnes creaturas superans. In corpore, immortalitas, gloria maxima cœlestis, fulgor.

fulgor. Math.28.18. Ioh.17.2. Phil.2.9. Ephe.1.22.20. Hebr. 1.9. Ephe. 4.9.10.11.1. Cor.15.27.47.49. Phil. 3.21.

Hactenus de naturis vnitis:
Earum distinctio sequitur.

Ea est qua essentiæ, essentiales proprietates, & operationes vtriusque naturæ in æternum vnitæ, distinctæ, dissimiles, inæquales, in æternum etiam retinentur. Act.3.21. 1.Cor.15.27.28. Rom.1.3. 2.Cor. 13.4.5.

Vnionis effectus est { περιχώρησις. / Impropria ἰδιωμάτων attributio. } Esai.9.6.7. Mat.1.21. & 2.6.

Περιχώρησις est primus vnionis effectus, quo essentiæ, essentiales proprietates, & operationes vtriusque naturæ, inter se distinctæ & vnitæ, communi ἀποτέλεσμα efficiunt: vnde est & dicitur, *Iesus, Christus, dominus.* Roma.1.4. *Sacerdos & Propheta.* Heb.3.2. *Rex.* Heb.1.9. *Vitis.* Ioha.15. 1. *Salus, vita, pax,* Ephe.2.14. Ioha.14.6. 1.Ioh.1. 1.2. *Iustitia, sanctificatio, redemptio, Caput ecclesiæ*, & cætera huiusmodi. 1.Cor. 1.30. Ephe. 1. 22.

In omni autem ἀποτελέσματι deitatis operationes, sunt operationes *Christi*, vt Dei, & patri æqualis, quæ vim infinitam, dignam, perfectam, vnâ cum humanitatis actione ad mediationis opus conferunt. Ioh.6.3.53. Heb.9.14. Act.20.28

Humanitatis verò vt patri inæqualis, diuininitatis

tatis actionibus subministrantis, materiam & vim meditationis ita constituentis, vt ad homines extendi & eis applicari idoniè possit. Ioh.6.53.Heb.3.2.3.4.5.6.&c.& 9.14.Act.20.28.

Atq; huiusmodi est περιχώρησις.

Impropria ἰδιωμάτων *attributio*, est secundus effectus vnionis, quo ἰδιώματα ijs propriè tribuuntur, de quibus realiter & propriè non prædicantur. *Ibid.*

Est duplex, quæ est { Respectu personæ. / ἰδιωμάτων κοινονίας. } Ioh.3.13.

Quæ est respectu personæ est cùm communia totius personæ attribuuntur alteri naturæ, & contra. 1.Cor.1.23.1.Tim.2.5.

Ἰδιωμάτων κοινονία, est cùm propria cuiusque naturæ alteri tribuuntur. 1.Cor.2.8.Act.20.28.

Hactenus de hypostalica vnione::

Sequitur de Christi munere.

De munere Christi. cap.5.

Munus Christi est quo solus factus est inter deum & homines mediator gratuiti fœderis. Esa.42.6. 1.Tim.2.5.Heb.9.15.& 12.25. Esa.49.8.& 61.4.5.6. Ezech.34.24.25.Gal.3.17.

Mediatorem esse inter Deum & homines, est ipsos inter se vndiq; disidentes, in perfectam κοινωνίαν recolligere. 1.Tim.2.5.Eph.1.10. Col.1.20. Ioh.17.21.& 13.6. 1.Ioh.1.3.

Mediatorem esse *gratuiti fœderis* est, mediatione *fœdus* dei omni ex parte sancire, ad salutem ecclesiæ Dei. Esai.49.8.Mal.3.1. Heb.9.15. 2.Sam.7.21.

1.Chro.

1.Chro.17.9.

Ecclesia dei est cœtus eorum qui sunt in *Christo*. Gal.3.27.28.29.Rom.12.5.Ioh.15.4.5.6.Rom.8. 1. 1.Cor.1.2.30.& 3.23.& 12.1.2.13.2.Cor.5.15.Ep.1.10. 11.12.23.Eph.2.5.6.13.20.22.& 3.13. 16.17. Heb.3.14.

Esse in *Christo* est in æternum vnum fieri cum *Christo*.Ioh.17.20.21.22.& 10.28.

Omnes fiunt vnum in *Christo*

per Christi { applicationem. / apprehensionem, } { Ioha. 6. 37. 44. 45. / Can.1.4.Apo.3.20.

Christi applicatio, est actio *spiritus sancti*, qua *Christum* nobis,nos *Christi* realiter exhibet.Rom. 8.32. Ephe.1.22. *cum* Ioha. 17.6.9. & 10.29. 1.Cor. 12.12.13.

Christi apprehehésio,est actio in anima, siue voluntate humana, qua per ineffabilem vim *spiritus* intus agentem, *Christum* realiter accipimus vt ei vniamur.Ioh.1.12.Rom.5.17.Rom.13.14.Gal.3.27.Col. 2.6.7.19.Eph.3.20.& 1 19.

Vnio *ecclesiæ* cum *Christo*, est qua ex hac apprehensione anima & corpore, verè ipso singuli coalescunt.Eph.4.16.& 5.30.1.Cor.6.17.Eph.3.17.

Ex vnione oritur { *Christi* κοινονία. / ἀυξήσις *ecclesiæ*. } { Ephe.4.16.Col.2.19. / Apo.3.20.

Christi κοινονία est qua cum ipso omnia mediationis ipsius prout conuenit participamus. 1.Ioh.1.3. Rom.8.17.32. 1.Cor.1.30.

Αυξήσις *ecclesiæ* est qua omnes *Christo* vniti pro subministratione ἐνεργίας ad propriam mensuram vniuscuiusq; membri coagmentati & compacti

pacti, in absolutum vnius in *Christo* integri πλήρωμα euadunt. Ephe.3.19. & 4.13. 16.Col.1.19.

Hinc *Ecclesia* vna & catholica est & dicitur.

Huius *ecclesiæ partes*:

duæ, { Quæ est in cœlo cum domino. / Quæ est in terris. } Ephe.1.10.

Hactenus de Ecclesia *generaliter, & quatenus huic loco conuenit, & proprium sit* Christi muneris subiectum.

Sequuntur eius muneris proprietates.

Muneris Christi proprietates

sunt { (*a*) Vocatio. / Eam sequentes { Confirmatio continua. / (*b*) Muneris æternitas.

(*a*) Esa.42.5.6.Esa.49.1.2.3.4.& 48.15.16. 17.(*b*)Luc. 1.32.33.Psal.2.6.

Vocatio est prima, quæ est actio Dei κατ' ἐξοχὴν patris iusta & sufficiente authoritate, ad hoc munus filium ab æterno, & humanitatis respectu, ab vtero sanctificans. *Ibid.* Esa.49.1.2.5.Marc.11.30. Ioh.2.33. & 6.34. Vnde solet filius in munere suo omnia Deo præcipuè patri deferre. Luc.2.49.Ioha.6.24. 25.26.27. &c.

Huius testimonium duplex. { Dei ipsius. / Creaturarũ. { Nunciorũ. / Aliorum. } Mal. 3.1. 2. 2.Petr. 1.16.17.

Dei ipsius testimonium duplex { Simplex. / Cum iuramento. } Heb. 5.5. cũ Heb.6.17.18.

Simplex, est vox ipsius Dei, qua è cœlis ipsum filium & *Christum* suum pronunciauit.Heb.5.5.Psal. 2.7.

2.7.Heb.1.5.Mat.3.& 17.5.

Dei iusiurandum, est ipsius iuramentum ad hoc confirmandum solenne: quod etiam *muneris* excellentiam præ cæteris arguebat. Psal. 110.4. *cũ* Heb. 4. Psal. 132.11.12.13.2.Sam.7.12.

Nunciorum testimonia, sunt quæ à nuncijs Dei continuò reddita sunt.

Præcipuè autem hîc sunt ad incarnationis tempus { Angelorum. Luc. 1. & 2. Mat. 2. / Præcursoris. Act. 10.38. } Luc. 1. 18.

Confirmatio continua, est actio Dei etiam patris qua ipsum in æternum custodit, & præcipuè *vnctione* confirmat. Psal. 2.7. Esa. 42.5. & 59.4.8. & 51.8. 9. Psal. 45.9.

Vnctio Christi, est actio Dei etiam patris in *Christi confirmatione*; qua *humanitatem* ipsius (*a*) singulis momentis ad officium peragendum continuò perfectissimeq; impleuit. Act. 10.38. Psalm. 45. 9. Ioha. 3.34.35. (*a*) Luc. 1. 80. & 2.52. & 4. 1.2. Math. 24. 36. & 28.15. *inter se comparatis*.

Quare hinc dona sunt { Cõmuia, quæ toti *muneri* sunt cõmunia, vt *sanctitas perfectissi.* / Propria, quæ cuiq; *muneri* corũq; partibus sunt propria. } Esa. 11.2. Psal. 45.

Muneris æternitas, qua in eo *munere* ἀπαραβάτως εἰς τὸ διηνεκὲς manet, donec pleno & perfecto eius fructu in cœlis fruatur. Hebr. 7.3.23.24.25.26. & 1.8. Dani. 7.14.27. Luc. 1.33.

Psal.

Psal. 110.1.2.3.4. *cum* 1.Cor.15.23.*ad* 29.

Atq; hactenus de muneris proprietatibus: Muneris *species sequuntur.*

Quæ etiam sunt mediationis

membra. { *Sacerdotium.* / *Regium munus.* } Gen.14.18.Psal.110. Zac.6.12.13. Heb.7.2.3.& 13.20.Iere.30.21. & 33.11.18.& 23.5.6.7. Act.3.31.

De sacerdotio christi.cap.6.

Sacerdotium Christi est prima pars *muneris* qua in ijs omnibus constituitur quæ apud Deum agenda sunt, ita vt possit παντελές, siue prorsus seruare eos qui ad Deum per ipsos accedunt. Heb.5.1. & 7.24.25.& 5.6.7.8.9.10.

Eius membra

sunt { *Prophetia.* / Reliqua sacra *sacerdotia* peragendi munus. } Esa.61.2.3.4.Dan.9.Ep.2.14.17. He.3. *cap. ad* 11. 1. Cor.1.31.

Prophetia est prima pars sacerdotij, qua totum Dei *verbum* perfectè reuelauit *ecclesiæ*. Ioha.15.15. Deute.18.18. Math.17.5.2.3.6. Esai.41.27. & 61. 1. Ephes. 2.7.Act. 1.3.Ioha.8.26.28. & 14.25. & 3.25.32. Col.2.3.

Hic consid. { *Reuelatio.* / *Eius obsignatio.* }

Reuelatio est vel

per { *Christi* inspirationem. / Ipsius actionem. } Heb.2.3.Gal.1.11.12. Ier.1.9.

Christi inspiratio, est actio Deitatis suæ, qua verbum θεόπνευστον per nûcios suos eloquitur. 2.Sam.

23.2.3. 1.Pet.3.19.2.Pet.1.15.16.

Nuncij autem sunt, tum { Angeli boni. / Homines. } Gal. 1.8.9. Reu.19. 10. 2.Pet.1.14.15.

Reuelatio per actionem ipsius, est quæ fit immediatè à Christo. Ioh.12.36.40. Ioh.5.26.& 14.23.

Huius ἀποτελέσματος partes

sunt {
Diuinitatis operatio, quæ pro omniscientia sua omnia continuis & conuenientibus actibus *humanitati reuelauit*. Ioha.1.18. Math. 11.27.
Humanitatis, qua cũ summa gratia & authoritate, voce, & gestu, ea exprimit. Luc.4.22.32.
}

Hæc de prophetia.

Reliqua sacerdotalia peragere est eas omnes *sacerdotales* actiones perficere, quæ plenam possũt *redemptionem ecclesiæ* conferre. Heb.9.12.13.& 9, 26.27.& 13.10.

Actiones *sacerdotales*

sunt { Actiones particulares. / Ἀποτελέσματα inde orta. } Hebr.5.7.8.9. 10. Roma.8.33. 34. Col.2.11.12. 13.14. Phil.2.6.7.8.9.

Actiones particulares sunt quæ ad communia ἀποτελέσματα constituenda aguntur. Rom.4.25. Ephe.2.15.16.17.

Sunt vel in { Humilitate. / Gloria. } Esai. 53.4. 1.12. 1.Petr. 1.11. Hebr.13. 2.3. Luc. 24.26. Heb.9.12.13.

Actiones in humilitate, sunt omnes *sacerdotales* actiones, â conceptus momento ad vitæ finem.

Sunt { *Exaninitio.* / *Inde enascens obedientia.* } Esai. 53. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. Phil.2.7.8.

Exaninitio, est actio filij, in assumenda *humana* natura carni *peccati* simili, & inde *legi* subiecta, omnibus (excepto *peccato*) malis obnoxia, vt per obedientiam voluntatis paternæ perfectus esset *Sacerdos*. Phil. 2. 7. Roma. 8. 3. 4. Heb. 5. 8.

Obedientia, est perfecta motuum, actionumq́; omnium *humanæ Christi naturæ* conformatio, ad totam Dei de *mediatione* voluntatem ei impositam plenè implendam. Psal. 40. 7. 8. Heb. 10. 9. 10. Ioa. 4. 34. & 9. 4.

In hoc ἀποτελέσματι {

Actio deitatis, talis est, humanæ naturæ abundãtia *iustitiæ* supra omnes creatúras propter personæ dignitatẽ, vi & merito coram deo ad *redemptionẽ plenè* sufficientem per vnãquamq; vitæ ætatem & actionem suppeditare. Ioa. 17. 19. Rom. 3. 25. 26. & 5. 17. 1. Cor. 1. 30. 2. Cor. 5. 21.

Actio humanitatis, est *iustitiã* ita suppeditatã ad perfectã omnium motuum actionumq́; vniuscuiusq; vitæ ætatis conformationem producere.

}

Obedi-

Obedientiæ partes sunt { *Legis impletio.* / Παθήματα. } Heb.5.8.9.Phil.2.8.Heb.10.6.7.

Impletio legis est prima pars *obedientiæ*, qua perfectum *legis* δικαίωμα impleuit, vt nobis communicetur. Rom.8.3. 4. Gal.4. 4. Huc integritas naturæ, omniumq; actionum, quæ in legis æquitate continentur referendæ. 1.Pet.3.22.23.24. & 4.18.Heb.1.7.26.27.

Perpessio, est secunda pars obedientiæ, qua ea omnia subijt quæ pertinent ad perfectam *peccati* ἀθέτησιν. Hebr.9.26. 28. & 10. 11. Dan.9.24. Esai.53.5.

Ea sunt { *Tentationes.* / *Reliqua* παθήματα. } Hebr.2.14.18.

Tentationes, sunt explorationes à *Diabolo* eiusq; ministris, in omnibus nostri similes excepto *peccato*, vt ijs qui tentantur possit succurrere. Hebr.2.17.18.& 4.15.

Hæ autem fuerunt per totam vitam (non tamen sine intermissione) continuatæ. Mat.4.1.2. Luc.4. 13. Ioh.14.30.

Reliqua παθήματα sunt { *Ignominia.* / *Dolores*, Synech. Crux dicta. } Esai.53.5.6.7.8.9.10.11.12. Hebr.12.2. 1.Pet.2.23.24.

Sub prima comprehenduntur falsa testimonia, iniustæ accusationes, opprobria, vilis æstimatio, conuitia, & quæ sunt illius generis.

Dolores, sicut & ignomi-

niæ, sunt vel { Vitæ. / Mortis. } Esai.53.5.6.7.. 8. Heb.5.7.

Dolores vitæ, sunt quos à conceptu per totum vitæ curriculum ad instantem eius in morte clausulam perpessus est.

Sunt autem { A morte *remoti magis*, vt fuga in Ægyptum, periculaq; alia varia quæ in historia sacra narrantur. / Morti *magis contigui*. }

Morti *magis contigui*,

sunt { *Morti ministrantes.* / *Mortem comitantes.* } Math.26.36. & 27.49.

Morti ministrantes sunt *dolores contigui morti* viam sternentes. Luc.18.31.32.

Sunt *dolores* { *Corporis.* / *Animæ.* }

Corporis, quibus præcipuè corpus afficiebatur, quæ fuerunt tum à via externa, tum ab interiori ægritudine.

Animæ, quibus anima afficiebatur.

Animæ dolor præcipuus, est ἀγονία.

Ea est dolor ex quo anima vndiq; mœrore afficiebatur ad mortem. Marc.14.34. Luc.22. Math.26. 38.

Hic consid. { *Membra.* / *Effectus.* } Heb.5.7.

Membra sunt { *Perturbatio.* / *Motus.* } Luc.22.24.

Perturbatio autē erat ex præsenti horribilis diuinæ

uinæ iræ in nostra *peccata* sensu vehementissimo

Erat autem duplex { 'Εκθαμβήσις. 'Αδημονεία. } Marc.14. 34.

'Εκδαμβήσις est perturbatio prima, qua ex veloci omnium facultatum sensu illo, pathetica commotione attonitus expauebat.Ioh.12.27.

'Αδημονεία est secũda perturbatio, qua omnibus animi facultatibus ex mera naturali infirmitate & *sancta* Sympatheia, proprias functiones relinquentibus, & ad communem ægritudinem subleuandam abreptis, ipse *muneris* impositi ad tempus non recordatus, ineffabilique *diuina iudicii* horrore totus concussus, in eo tantummodò occupabatur.Ioh. 12.27.Mat.26.36.

Metus Christi, erat metus horroris illius magis magisque impendentis. Luc.22.44. Hebr. 5.7.

Effectus est precatio ad patrem de horrore transferendo si voluerit.Marc.14.35.Ioh.12.29.

Precatio autem adhuc magis intenta coniuncta erat, Primò, μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς καὶ δακρύων. Heb.5.7.

Secundò, cum sudore, qui erat quasi grumi sanguinis in terram descendentis.Luc.22.24.

Mortem comitantes, sunt dolores sacrificio *Christi maximè contigui*. Heb.9.12.4.& 27. 25.

Sacrificium est *Christus* homo Deo ad æternam expiationem prorsus perficiendam in altare sui ipsius oblatus.Heb.9.26.28.Esa.53.10.

Oblatio est actio *sacerdotalis Christi*, qua semetipsum hominem inculpatum, deo per æternum *spiritum* siue *diuinitatem* vnica vice in æternum sacrificauit. Heb. 9. 5. 14. 1. Cor. 5. 7.

In hoc ἀποτελέσματι:
- *Actio Deitatis*, est sacrificio virtutis & meriti superabundantiam largiendi, & sacrificium ipsum patri authori æquali dignè Deo sistendi.
- *Actio humanitatis*, est tum omnia constituta subeundo, tum seipsum voluntariè exhibendo, *Deitati* in hac actione plenè subseruire. Ioha. 10. 17. 18. 2. Cor. 5. 19. Act. 20. 28. Ezech. 53. 10. 11. 12.

Atq; huiusmodi est sacrificium:

Dolores eum comitantes maximè *contigui* sunt:
- Mortem præcedentes.
- Mors.

Luc. 23. 33. 46.

Sunt autē:
- *Execratio.*
- *Conflictus cum Satatana eiusq; angelis.*

Heb. 2. 14. 15.

Execratio est πάθημα quo *Christus* in se beatus propter plenum totius diuini in *peccata* nostra *iudicij* sensum, pro nobis nostrumq; respectu iuxta *legem* factus est maledictus. Galat. 3. 13.

Hæc autem *execratio peccatis* electorum & omnium coniunctim, & singulorum seorsum per omnia

omnia erat *analoga*. Leuit.4. ver.1. & 4.ver. *cum* 13.ver. & 14. & *cum* ver. 22.23.27.28. & *cum cap.* 5.6. ver.& *cum cap.*6.ver.2.4. *& omnia cum* Esa.63.6.11.

Eius testimonia sunt illustrissima { *Crucifixio.* Solemnis ipsius in cruce *querela.* } Mat.27.35.46.

Crucifixio est quo ligno suffixus est. *Ibid.* Gal.3.13.

Huius consid. { *Adiuncta* παθήματα. *Testimonium.* }

Adiuncta παθήματα sunt ad { Sacrificij perfectionem effusio sanguinis. Ignominiæ cumulum { Tum vestium partitio,& pro indumento sortitio. Tum omnium sanna & aceti potus. } }

Luc.23. 34. 35. 36. Ioha. 19. 18. 20. 29. Hebr. 9. 18.

Testimonium, est quod τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον, ὃ ἦν ὑπεναντίον ἡμῖν cum ritibus vmbratilibus cruci affixum, i.operum *fœdus* & inimicitias quas obsignabant ceremoniæ illæ, aboleuit. Col.2.14.Ephe.2.15.

Solemnis ipsius in cruce querula, est quæ est in historia, *Deus mi, Deus mi, cur reliquisti me?*

Conflictus cum Satana eiusq; angelis, est, qua τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας in ipsum omni sua

spirituali vi erumpentes accepit & exuit siue expoliauit, Eph.2.15.

Eius testimonium illustrissimum, est solemnis de illis triumphus, quo in cruce tanquam in curru triumphali eas palam traduxit. *Ibid.* Quod crimen inscriptum *(Hic est Rex ille Iudaeorum)* obsignabat. Mat.27.37.

Mors Christi, est separatio animae ipsius à corpore, ad testamentum ratum faciendum mortisque metum soluendum. Hebr. 9.15. 16. 17.& 2. 14.15.

Mortis testimonia

sunt spectantia { Animam. Corpus. } Luc.24.46.53.

Animam spectantia

sunt { Παραθήσις τοῦ πνεύματος εἰς χεῖρας πατρὸς in ipsa expiratione. Transitus eius in paradisum. } Luc.23.43. 46.

Corpus spectantia

sunt { Proprium. Communia. } Ioh.19. 34.35.

Prprium est *effusio sanguinis* & aquae, propter πλευρὰν & sic περικαρδίαν transfixam, nullo confracto osse. Ioh.19.34.38.39.40.

Communia sunt { *Sepultura.* Ἀδοῦ *dominium.* } 1.Cor. 15. 55.

Sepultura, est corporis inhumatio, vt cum ipso sepeliamur *peccato*. Rom.6.4.

Ἀδȣ *dominum*, est potestas sepulchri, ipsum sub mortis vinculis contemptuq; per tres dies & noctes retinendi. Act.2.24.27.29.30. Psal.16.10. Eph.4.9. Math.12.4.

Huius finis est, vt ἀδȣ κέντρον aboleret. 1.Cor. 15.54. 55.

Atq; hæc de actionibus sacerdotalibus *in humilitate: Sequuntur in Gloria.*

Actiones in Gloria, sunt actiones *sacerdotales sacerdotium* perficientes, *regni* verò initia & fundamenta sternentes. Act. 2. 32.36. Heb.9. 24.28. Psal.110.2.6.

Sunt autem { *Resurrectio.* / Resurrectionem *sequentes.* } Rom.8.34.

Resurrectio est prima actio, qua morte eiusq; dominio subactis, diuina potentia suscitatus, in æternum Deo viuit. 2.Cor.13.4. 1.Pet.3.18. Rom.6.9. 10.& 14.9.

Huius finis duplex est {
Primus ad sacerdotium spectans, vt redemptionem plenè ratam sanciret. Rom.4.ver.*vlt*. 1.Thes. 1.10. Rom.6.1.5. 1.Cor.15.22.
Secundus ad regnum, vt diabolo & morte victis, mortuis & viuis dominetur. Rom. 14. 9. 2.Cor. 13.4. }

Resurrectionem sequentes sunt { *Ascensio.* / *Sessio ad dextram Dei.* } Marc.16.19.

Ascensus

Ascensus in cœlum, est quo potentia diuina inuectus, & cœlum æternum ingressus, in gloriam susceptus est. Act.1.9.11.1.Tim.3.11.

Huius finis
- *Ad sacerdotium spectans*, est vt pro nobis sacrarium ingressus, coram Deo semper appareat. Heb. 9. 12. 24. & 10.19.10.
- *Ad regnum*, vt captiuitatem captiuam ducens, omnia ineffabili virtute impleret, *ecclesiamq;* donis varijs, eximijs & necessarijs exornaret. Eph.4. 10.11.Psal.68.19.

Sessio ad dextram Dei per metonym. sic dicta secundum *humanitatem*, vsq; ad omnium restitutionem in cœlo conuersans, omni tum in terra tum in cœlo potestate & imperio donatus, potitur. Psal. 110. Act. 2. 30. & 3. 21. & 7. 56. 1. Cor. 15. 27. Eph. 1. 20. Philip. 2. 9. Heb. 1. 34.

Huius finis spectans.
- *Ad sacerdotium*, est vt semper pro nobis interpellat. Rom.8. 34. Heb.7.24.25.
- *Ad regnum*, vt in hostium interitum, *ecclesiæq;* salutem, omnia administret. Psal. 110. 1.Cor.15.27.

Hactenus de actionibus particularibus sacerdotalibus: Sequuntur ἀποτελέσματα, *inde orta.*

Ea sunt { *Redemptio.* } Rom. 5.2. 3.4. & 8.34.
{ *Intercessio.* } Heb. 7.24.

Redemptio est primum ἀποτελέσμα, qua ab omnibus malis plenæ liberationis & *fœlicitatis* priori multo præstantioris (*a*) materiam nobis operatus est. (*a*) Heb. 7. 24. 25. Luc. 1. 74. Esa. 51. 9. Eph. 1. 14. Zach. 9. 11. Mat. 20. 22. Rom. 3. 24. 25. 1. Cor. 1. vlt. & 6. 11. & 15. 5. 7. Gal. 3. 13. & 5. 1. & 1. 4. Eph. 5. 27. Col. 1. 14. 1. Pet 2. 24. Apoc. 8. 9. 10.

Eius duo membra sunt, { *Reconciliationis,*
meritum siue materia { *Sanctificationis.*

1. Cor. 1. 30. & 6. 11. 1. Ioa. 1. 3. & 5. 6. 1. Pet. 1. 2. Col 2. 13. Act. 17. 3.

Reconciliatio, est prima pars *redemptionis*, qua à maledictione liberati in fauorem Dei perfectius restituimur. Rom. 5. 10. 11. 2. Cor. 2. 18. Eph. 2. 15. 16. Col. 1. 20. 22.

Huius partes { *remissionis peccatorum.*
sunt, materia { *imputationis iustitiæ.*

Eph. 5. 26. Rom. 4. 25. Dan. 9. 26. 2. Cor. 5. 19. 20. 21.

Remissio peccatorum est prima pars, qua omnium *peccatorum* omnis reatus & pœna a nobis per ipsius παθήματα remouetur. Luc. 24. 27. Act. 17. 3. Col. 2. 32. Heb. 2. 14. 15. 1. Pet. 1. 2. 1. Ioh. 1. 7. 9. cap. 2. 1. 2. Apoc. 1. 5. Heb. 2. 19. & 10. 29.

Imputatio iustitiæ est secunda pars, qua in ipso ex ipsius *iustitia* nobis imputata, coram

coram Deo iusti & inculpati constituimur. Rom.5. 11.18.Col.1.22.2.Cor.5.

Ex his vtrisq; materiam obtinent { *iustificatio.* / *adoptio.* } Gal. 2.3.4.5.6.7. 8.9,10. 11. 12. 13, 14 .& 15.ad 30.

Iustificatio est qua coram Deo omni *peccati* reatu soluti, *iustitiæ* merito digni censemur. Rom. 8.33.& 5.17.18.19. Gal.4.8.

Adoptio, est qua filij Dei & hæredes cũ *Christo* censemur.Rom.8.15.17.Gal.3.26.Eph.5.1.

Hinc duo etiam consequuntur.
- *Primum* omnia, etiam afflictiones omnes,*(a)*(quæ his nõ sunt pœnæ, sed castigationes paternæ) simul adiumento esse in bonum. Rom.8.28.*(a)*Psal.89.33.34.
- *Secundum* est*(a)*dominum in omnes creaturas (exceptis angelis) *(b)* qui hinc etiam in bonum & salutem filiorum Dei ministrant. (*a*) Psal.8. Heb.2.6.7.8. Rom.14. 14. 1.Cor.3.22.23. 1.Tim.4.2.3.4. (b)Heb.1.14.Esa.6.9.

Sanctificatio, est qua liberamur a tyrannide *peccati* in libertatem *iustitiæ*,vt sumptis a *Christo* indies nouis incremẽtis, in ea perpetuò incedamus. Rom.6.1.2.3. 1.Cor.1.30.& 6.11. 1.Pet. 2.24. 2.Pet. 2.20.

Eius membra { *Mortificatio peccati* / *Resurrectio ad iustitiam*. } Eph.4.23. Col.2.8. Tit.3.6.

Mortifi-

Mortificatio est prima pars, qua *peccatum* cõtinuò interimitur, id est, vis eius abigitur, sepelitur, & absumitur. Rom.6. Gal.2.24. Heb.11.1.2.

Resurrectio ad iustitiam, est qua *sanctitas* in nobis realiter inhærens, & inchoata, continuo augetur. *ibid.*

Atq; hæ sunt partes sanctificationis: *quæ ad animam relatæ est* μεταvοία: *ad corpus autem, eius fructus, quales sunt variæ obedientiæ partes.* 1. Thes.5.23. Luc.3.3.8.

Metanoia, est continua renouatio omnium facultatum animi a malo ad bonum. Luc.3.3.8. Act. 2.38. 2.Cor.7.10.11.12.13.

Huius { Initium, est λύπη κατὰ θέον. } 2.Cor.7.11.
Huius { Comes, spiritualis pugna. } Rom. 7.17. 18.19. 1.Pet.4.1.

Spiritualis pugna est ea pugna animi, prout renouatur contra concupiscentiam, diabolum, mundũ, eorumq; πειράσμον, quæ fit vt ἐπιθυμίαι eius non impleantur. Rom. 7.8.18.19.20. Gal.5.16.17.

Hactenus de redemptione:

Sequitur intercessio.

Intercessio est secundum ἀποτελέσμα quo *Christus* omnem nostram obedientiam per se imperfectam, a carne verò inquinatam, suæ mortis & obedientiæ merito deo acceptam reddit. Mal.3.2.3. Rom.8.34. 1.Pet.2.5. Reu.1.5. Heb.4.16. Exod.28.38.

In hoc ἀποτελέσματι est

actio { *Diuinitatis.* } Apoc.7.3. 1.Ioh.13.14.15.
actio { *Humanitatis.* } Mat.28.20.

Diuinita-

Diuinitatis actio est duplex
- Prima vt per spiritum vna subleuet infirmitates, & in precibus cùm quid precemur vt oportet non nouimus, interpellet suspirijs inenarrabilibus, id est, ea in corde intus dictet secundum Deum.
- Secunda τὰς καρδίας ἐρευνῶν nouit το φρόνημα spiritus, sicut & imperfectiones & carnis inquinamenta.

Rom. 8.23. 26.27.

Humanitatis actio est sensu infirmitatum nostrarum affici, & cùm per spiritum, mortis & obedientiæ suæ meritum applicauerit, iniquitatem tollit & ita obedientiam nostram acceptam reddit. Exod. 28.38. Heb. 4.15.16. & 7.25.26. 27.28. & 9.24.25.26. & 10.14.19.21.22. Apoc.1.5.20.

Hactenus de prima parte muneris Christi, nempe sacerdotio: *sequitur* de regio munere.

De munere regio Christi cap.7.

Munus regium est secunda (*a*) pars *mediationis*, qua sacerdotij ἀποτελέσματα electis (*b*) applicando (*c*) spiritualiter (*d*) *ecclesiam* gubernat, ad (*e*) perniciem omnium inimicorum, & perfectam suorum gloriam. Psal. 110. Ier. 23.9. Ezech. 34. 1.Cor.15.24.(*a*) Gen.3.15.Esa.9.7.& 11.1. Ier.23. 5.Ezech.22.23.ver.capitis.17. Luc.1.35.Ioh.1.52.Reu. 5.5. Zach.2.7.& 6.12.13. (*b*) Eph.5.25. 26.27. (*c*)Zach.9.10.Mat.11.30.Ioa.18.38.Act.2.33.Col.3.1. Rom.14.17.(*d*)Psa.2.6.& 20.10.& 46.3.4.5.99.Eph.1.

21.22.

11.22. Zach.9.10.Mal.3.20. Luc.1.33.(*e*)Psal.45. Psal. 68.20.& 72.72.& 97.98.Esa.32.15.17. Ose.1.7.Luc.2. 30.31.34.Reu.12.10.11.Mat.6.8.

De spirituali administratione.ca.8.

Eius partes { *Spiritualis administratio per mundi secula.* / *Vltimum iudicium.* }

Psal.110.3.5.*cum* 1.Cor.15.24.Mat.23.23.37.*cum* 38. 39.Luc.3.17.

Spiritualis administratio per mundi secula est prima pars *regij muneris* de *ecclesia* congreganda & ad *vltimum iudicium* conseruanda.Eph. 4.11.12.13. Esa.2.1.2.3.& 3.1.4.cap.9.6.7.& 11.& 42. cap.60.cap.61.cap.62.cap.66.18.19.ad finē. Act.20.32. 1.Cor.1.5.6.7.8.Phil.1.6.1.Thes.3.12.13.1.Cor.5.5.

Eius membra duo { *Interna operatio.* / *πολιτείας diuinæ administratio.* }

Mat.3.11. 1.Cor.3.6.7.& 12.4.5.6. 2.Cor.3.3. Eph.4. 11. 16.

Excipe, si *Christus* ad potentiam diuinam illustrandam, (*a*) sicut ad *ecclesiam* grauiter castigandam, vix rudera πολιτείας diuinæ ei conseruat, ita (*b*) vel *verbi* sono per generalia *media* in omnes terræ fines exeunte, etiam sine vllo πολιτείας diuinæ ministerio, quæ ad *regij muneris* finem spectat. (*a*) 1.Reg.19.10. *cum* Rom.11.1.2.3.4.5. Paral. 15.3. Esa.6.13.& 24.13.& 65.8.9.Ier.7.12.13.14.15.16.17.18. 19.&c. Psal.80.9.ad 17.2. Thes.2.3.4.&c. Apoc.12.6. & 11.2.3.4. &c.10.11. & 14.13.14.15.16.17. (*b*)Rom. 10.18.Mat.2.1.2.

Interna operatio, est pars *administrationis*, quæ

quæ est in ἐνεργίᾳ spiritus, per *media politeias* externa, intus agente. *ex præced.*

Interna operatio duplex est, ad implendum *decretum* { *electionis.* / *reprobationis.* }

Vtraq; rursus varia, in { infantibus. / adultioribus. } { *Ex fœderis formula & Ac.2.39.1.Cor.7.14*

In infantibus est, cum externè, id est quod ad ecclesiæ iudiciū attinet, per *fœderis* gratiā sancti sunt.

Horum autem {
Electi, ratione abdita & ineffabili, per Spiritum Dei *Christo* inseruntur. 1.Cor.12.13.
Reprobi, ob primarij & natiui *peccati* reatum, ad se relicti, reprobantur in æternum, Rom.5.12.15.16.17.18.19. *cum* cap.9.6.ad.24.
}

Rom.9.6.&7.11.

In adultioribus interna operatio est *vocatio.*

Vocatio est qua homines ad *ecclesiam* aggregantur. Quam comitatur donorum distributio, eorumq; conseruatio & incrementum. Rom. 5.7. 1.Cor.1.2. Eph.4.12. 2. Cor.3.6.7.8. Iacob.1.16.17. Eph.4.12.13.14.15.Col.3.19.& 1.9.10.11.28.29.& 2.1. 2.3.4.5.

Vocatio duplex est { Vtriusq; speciei communis. / Electorum propria. } 2.Cor.4. 3.4.

Prima est qua tum reprobi, tum electi, communi ratione, ad externam societatem ecclesiæ tanquā conciues adducuntur. Eph.2.19.Mat.13.41.47.

Electorum propria, est qua ad electionem perducuntur. *ex præced.* 2.Thes.2.13.14.Rom.8.38.

Electio,

Electio, est separatio eorum a mundo vt sint in *Christo* veri conciues & οἰκοῖοι Dei. Ioa.15. 19. Eph.2.17.19.

Hinc etiam dona { Communia. / Electorum propria. } Heb.6.45.9.10. Mat.13.29.21. 1.Cor.12.13.& 1.13.& 14.1.

Communia sunt vel { Intellectus. / Facultatũ sequentiũ. } Phi.1.9.He.6.4.2.Pet.2.20.

Intellectus sunt, γνῶσις & ἐπίγνωσις *veritatis quæ est secundum pietatem*. Heb.10.26.Rom.2.17.

Et huic *adiuncta* πίστις prout communis est.

Πίστις est ὑπόστασις τῶν μὴ βλεπομένων. Heb.11.ver.1.

Hæc, de vnuiuersa veritate, est πίστις νέκρη.Iac.2 1.Cor.12.9.

De gratuita promissione, est πίστις πρός καιρον. Luc.8.13.

De *vocatione* & virtute ad miracula edenda, fides miraculorum, siue de edendis miraculis. 1.Cor.13.2.

Facultatum sequentium dona sunt { operum / gratuitum } respicientia. *fœdus* Psal.68.34.35.36.

Primi generis sunt ex agnitione *peccati* eiusq; pœnæ, sensus eorum, terror conscientiæ ex inimicitia cum Deo, quæ per metony. causæ, spiritus seruitutis dicitur. Act.2.37.& 24.26. Rom.7.9.10.& 8.15. 2.Tim.1.7.

Huic μεταμελίᾳ poenitentia, id est, tantum solicitudo & anxietas post malum perpetratum, timor seruilis, qui est metus *peccati* perpetrandi tantum ob metum pœnæ. Psal. 78. 34. etiam *peccati* confessio, ob eum humiliatio; salutisq; desyderium, tantùm ex formidine, signis externis, vtpote lachrymis, ieiunio &c. declaratæ. Ex. 9.27. 1. Reg. 21. 27. Mat. 27. 34. Heb. 12. 17.

Hinc deniq; vitæ externæ ad tempus emendatio externa. Hos. 6. 4. 5.

Secundi generis sunt, quibus ex *gratuiti fœderis* agnitione fideq; temporaria illustrata, gustum obtinent cœlestis doni, vt *adoptionis*, *iustificationis* & virtutum futuri seculi: quæ beneficia tamen non possident. Heb. 6. 4. 5. Num. 23. 10. 14.

Hinc hypocritica voluntatis mutatio ad bonum, vt gaudium & iucunditas quædam in religionis exercitijs, zelus, metus, reuerentia erga ministros. Mar. 6. 20. Gal. 4. 15. 15.

Hinc deniq; externa quædam *sanctitas* in externa multorum emendatione. Marc. 6. 20. 2. Pet. 2. 21. Heb. 10. 29.

Atq; hactenus de communi spiritus operatione: vnde fit vt reprobi *sint in* ecclesia *& inter* Christi *membra, & pro membris* Christi *ab hominibus habeantur, cùm tamē non sint ex* ecclesia *siue membra* Christi, *nec ipsi verè inserantur*. 1. Ioh. 2. 19. *Propria electorum sequuntur.*

Vbi

Vbi dona sunt { *Fides ἀνυποκρίτος.* eiusq; fructus meton. dicti. } 1.Tim.1.5 2.Pet.1.5. 6.7. 1.Cor.13.vlt.Rom.5.1.2.3.Tit.3.8. 1.Thes.1.3.

Fides ἀνυποκρίτος, est fides, cuius facultas est ἐνεργία prorsus supernaturalis, cordi indita, ad Christum εὐλογίανq; in eum extantem apprehendendũ. Col.1.12. 1.Thes.5.3.*cum* Eph.3.20.Ioa.1.12.

Huius propria actio est, (vt & Paulus loquitur) ἔργόν 1.Thes.1.3. Christum apprehendere, ipsumq; applicatum nobis recipere. Gal.3.27. Ioh.6.29.35.47. 50.53.54.Eph.3.17.

Eius fructus metonymicè dicti, sunt ij quos *Christus* in electis per fidem inhabitans, operatur. Gal.2.20.Eph.3.17.18.

Sunt autem *reconciliatio*, *sanctificatio*, & vtrumq; respicientes vel consequentes. Mat.5 12.13. Rom.5.1.2.3. *cum ver*. 20.21.& 6.1.2.3. & 8.1.2.3.4. & 12.1. Eph.2.6.7.8.9.10.13.14.15.16.18.19.20.21.& 3. 1.Col.2.11,12.13.14.15.16.17.

Reconciliationem respicientes, sunt fructus spiritus, qui ex eius certa applicatione oriuntur.

Sunt autem { *iustificationem* *adoptionem* } respicientes. *ibid.*

Iustificationem respicientes, sunt qui eam pro certo applicatam, tanquam effecta designant.

Sunt autem (vt ab Apostolo numerantur ordine suo) aditus in gratiam qua stamus; Charitas Dei erga nos effusa in cordibus nostris, id est, per eximiam spiritus sancti operationem animæ sensui quàm vberrimè impressa : pax

conscientiæ coram Deo: gaudium spirituale: gloriatio de his beneficijs. Rom.5.1.2.3.4.5.6.

Adoptionem respicientes, sunt qui eam nobis adhuc certiùs confirmant. Galat.4.6.

Sunt { *Spiritus adoptionis.* / *Spes.* } Ro. 8.23.24. 2.Cor. 1.21.22. Eph.1.13.14

Spiritus adoptionis (metonymia causæ ita dictus) est ea spiritus *Christi* operatio, quæ συμμαρτυρεῖ spiritui nostro nos esse filios Dei. Rom. 8. 15.16.

Hinc {
Intrepidé Deum patrem clamamus *ibid.*15.
Hæreditatis certitudinem tanquam arrhabone confirmatam habemus, dum in libertatem vindicemur in gloriam eius. Eph.1.14.2.Cor.1.22.Rom.8.33.38.
}

Spes, est qua ex fidei certitudine, omnia quæ implenda sunt cum patientia expectemus. Rom. 8. 25. 1.Thes.1.10.Col.1.5.23. 1.Thes.1.3.

Est autem hæc patientia siue ὑπομένη, anima sedata plenam *redemptionem* ab omnibus malis ὑπομένειν. 1. Thes.1.3.10. Rom.8.25. Luc.8.15.& 21. 19.Col.1.11.Heb.10.32.&.22.3.7.

Sanctificationem respicientes fructus, est μετανοίας donum, cordibus per fidem infusum. Act. 15.9. vbi practicarum facultatum perfectio præcipuè erga Deum & homines synechd. charitas dicitur. 1.Cor.13.1.2.3.4.&c.Col.3.14.

Huius actio est labor in omni opere bono. 1.Thes.1.3. Heb.6.10.

LIBER

¶ LIBER QVINTVS. *de πολιτείᾳ diuina post lapsum.* Cap. 1.

ATq; huiusmodi est interna operatio prima pars administrationis spiritualis: Sequitur πολιτείας diuinæ administratio.

Ea autem est secunda pars spiritualis administrationis de externis *medijs* ad internam operationem administrandis. 1. Cor. 12. 5. 11. 12. 27. 28. Eph. 4. 11. *De politeia diuina post lapsum. cap. 1.*

Hic ergo in *politeia diuina* superiores sunt { dominus. / administri. } Gen. 4. 3. 6. 14. 15. & 9. 17. & 17. 10. 11. & 19. 17. 18. 20. Esa. 32. 1. Heb. 3. 5. 6.

Dominus est *Christus*, prout ex Dei voluntate in *rebus diuinis* administrandis dominatum absolutum exercet. Esa. 11. 3. 4. 5. Mat. 23. 8. 9. 10. Ioa. 13. 13. Act. 9. 4. 5. 10. 11. & 13. 2. Apoc. 3. 7.

Hinc ergo specialia omnia de rebus Iehouæ quatenus communia sunt omnibus post lapsum ecclesiæ conditionibus, instituuntur, & proinde hic tractanda sunt.

Sunt autem specialia tum { De *verbo* / De *verbi adiunct.* { Signis. / Sanctionibus. } }
Ex præced: & sequent.

De *verbo* specialia sunt { partes vel leges speciales. / Reuelandi modus. } Heb. 1. 1.

Leges sunt { communes. | magis speciales.

Communes quæ sunt toti *sanctitati* communes. Harum & aliarum omnium cuiusq; generis partium quædam ex singulari modo ad hominum necessitates accommodatè κατα ἐξοχὴν πιςαὶ & excellentes sunt & dicuntur. Psal. 19. 17. & 120. 1. 1. Tim. 3. 1. 1. Tim. 1. 15.

Communes duæ, {
Prima omnes affectiones & habitus, quæ in malum & ad bonum feruntur magis intendantur.
Secunda malorum media omnia vitentur, bonorum autem exerceantur impensiùs.

Eph. 6. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. Iud. 23.

De medijs hinc oriuntur leges duæ, {
Lex de appendicibus.
De medio communi, temperantiæ leges.

De appendicibus lex est vt legis(*a*) cuiusq; appédices, (etsi de rebus nõ ita magnis) quæ nos instruát & adiuuant ad hoc officiũ, seruandæ sint. (*a*) 1. Cor. 9. 9. Deut. 25. 4. *Mand.* 4.

De temperantia leges speciales sunt de { cibis & exercitijs. | apparatu.

Eccles. 10. 13. 15. 16. *cum* Tit. 2. 3. Rom. 13 13.

De vtrisq; autem communis est vt facultati & *vocationi* cuiusq; exequantur. *ibid.* 1. Tim. 3. 2. 2. Sam. 13. 18.

De cibis leges sunt, vt tempestiuè & sobriè recipiantur, ita vt homo totus robore magis ad bonum

valeat, & animi vires non opprimantur. Eccleſ. 10. 14. Luc. 21. 34.

Exercitia autem ad corporis & animi honeſtam & ſanctam ſolummodo relaxationem, pro cuiuſq; *vocationis* ratione ſuſcipiantur. Rom. 13. 13. 1. Cor. 10. 7. Eccleſ. 2. 3.

Apparatus duplex eſt, ad cultum & ornatum { corporis. domus.
Eccleſ. 2. 5. 8. 11.

De veſtitu lex eſt, vt eo tantùm vtamur, qui cuiuſq; ætati, ex æqualium bonorum, modeſtiſſimorumq; exemplo prorſus ſit ἱεροπρέπης. Tit. 2. 3. 2. Sam. 13. 18. Quare mulieribus καταςόλη præcipitur, Tit. 2. 3. 2. Reg. 9. 30. Eſa. 3. 16. 17. 18.

Ad domum ornandum ea adhibeantur, quæ ad grauitatem pudicam & frugalem neceſſitatem comparatæ ſint. Eſa. 5. 14. *& ex præcedentibus* ἀναλογῶς.

Magis ſpeciales ſunt quæ *ſanctitatis* partibus additæ ſunt. *Ex ſequent.*

Sunt autem additæ { *pietati. iuſtitiæ.*

In pietate autem, ex lege ſecunda communi, prout ex ætatis, ſexus & *vocationis* differentia, alius præ alio quo magis liber & ſolutus fuerit, eó magis *pietati* eiuſq; partibus *& medijs* incumbat. Luc. 2. 36. 37. 1. Tim. 5. 5. 1. Cor. 7. 34.

Ad primum caput nullæ adduntur.

Quare quæ adduntur ſecundo capiti *pietatis*

 ſunt

Leges sunt { communes. / magis speciales.

Communes quæ sunt toti *sanctitati* communes. Harum & aliarum omnium cuiusq; generis partium quædam ex singulari modo ad hominum necessitates accommodatè κατα ἐξοχὴν πιςαὶ & excellentes sunt & dicuntur. Psal. 19. 17. & 120. 1. 1. Tim. 3. 1. 1. Tim. 1. 15.

Communes duæ, {
Prima omnes affectiones & habitus, quæ in malum & ad bonum feruntur magis intendantur.
Secunda malorum media omnia vitentur, bonorum autem exerceantur impensiùs.
}

Eph. 6. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. Iud. 23.

De medijs hinc oriuntur leges duæ, {
Lex de appendicibus.
De medio communi, temperantiæ leges.
}

De appendicibus lex est vt legis(*a*)cuiusq; appēdices, (etsi de rebus nō ita magnis) quæ nos instruāt & adiuuant ad hoc officiū, seruandæ sint. (*a*) 1. Cor. 9. 9. Deut. 25. 4. *Mand.* 4.

De temperantia leges speciales sunt de { cibis & exercitijs. / apparatu.

Eccles. 10. 13. 15. 16. *cum* Tit. 2. 3. Rom. 13 13.

De vtrisq; autem communis est vt facultati & *vocationi* cuiusq; exequantur. *ibid.* 1. Tim. 3. 2. 2. Sam. 13. 18.

De cibis leges sunt, vt tempestiuè & sobriè recipiantur, ita vt homo totus robore magis ad bonum

valeat

valeat, & animi vires non opprimantur. Eccles. 10. 14. Luc. 21. 34.

Exercitia autem ad corporis & animi honestam & sanctam solummodo relaxationem, pro cuiusq; *vocationis* ratione suscipiantur. Rom. 13. 13. 1. Cor. 10. 7. Eccles. 2. 3.

Apparatus duplex est, ad cultum & ornatum { corporis. domus.
Eccles. 2. 5. 8. 11.

De vestitu lex est, vt eo tantùm vtamur, qui cuiusq; ætati, ex æqualium bonorum, modestissimorumq; exemplo prorsus sit ἱεροπρέπης. Tit. 2. 3. 2. Sam. 13. 18. Quare mulieribus καταςόλη præcipitur, Tit. 2. 3. 2. Reg. 9. 30. Esa. 3. 16. 17. 18.

Ad domum ornandum ea adhibeantur, quæ ad grauitatem pudicam & frugalem necessitatem comparatæ sint. Esa. 5. 14. *& ex præcedentibus* ἀναλογῶς.

Magis speciales sunt quæ *sanctitatis* partibus additæ sunt. *Ex sequent.*

Sunt autem additæ { *pietati.* *iustitiæ.*

In pietate autem, ex lege secunda communi, prout ex ætatis, sexus & *vocationis* differentia, alius præ alio quo magis liber & solutus fuerit, eó magis *pietati* eiusq; partibus *& medijs* incumbat. Luc. 2. 36. 37. 1. Tim. 5. 5. 1. Cor. 7. 34.

Ad primum caput nullæ adduntur.

Quare quæ adduntur secundo capiti *pietatis*

sunt quæ spe- ctant vel { Caput primum de *medijs*. / Secundum de sabbatho. }

Quæ primum spectant, spectant

vel { *media* ipsa. / Legem de horum studio. } { *Mand.* 2. & 3. }

Ad primum pertinent { lex specialis de ijs quibus ad bonum nostrum vti possimus. / *Diuini cultus media*. }

Lex autem hæc est, vt ea tantum adhibeamus ad vsum nostrum, quæ ex ipsius *verbo* in naturæ ordine & εὐταξία approbantur. Deut. 12. 29. 33. & 16. 21. 22. Gen. 9. 1. 2. 3. Math. 4. 4. Deut. 8. 3.

Cætera autem omnia cum suis reliquijs, monumentis, memorialibus, reijcienda sunt.

Hic specialia reijcienda sunt { Idola siue Dei falsi. / Artes nefariæ. }

Deut. 18. 9. 10. 11.

Idola, sunt similitudines, vel ad deum verum, vel falsos, vel eorum virtutes repræsentandas & honorandas, pro hominis arbitrio, sine Dei mandato factæ. Exod. 20. 4. 23. & 23. 24. 25. & 34. 14. 17. Leuit. 19. 4. & 26. 1. & 18. 20. Deut. 4. 12. 14. 15. 16. 24. & 5. 8. 6. 14. & 8. 19. 20. & 11. 16. & 12. 29. 32. & 16. 21. Iud. 27. 2. 3. 13. & 18. 5. & 20. 23. 38. Hos. 1. 16. 17. Tzeph. 1. 5.

Ex horum autem apparatu vel ornamentis, nihil in *cultum diuinum* inuehantur. Esa. 30. 28.

Nefariæ artes sunt, quibus occulta Dei sectantur sine peculiari ipsius dono. Vnde sapientes,

entes, arioli,ſcientes, diuinantes, magi, ſiue ſtylo peritorum vtentes.Deut.18.10.11.Dan.2.2.

Sunt autem	Humanæ. Diabolicæ.	Deut.18.12.

Humanæ ſunt, quæ fucata humana ſapientia nituntur.

Sunt autem qui ea vtuntur, coniectores, qui naturæ certam experientiam fucatè in ijs quæ ſunt ſupra naturam ad probabilem in naturalibus obſeruationem imitentur, & de occultis conijciunt, vt qui ex auium volatu,beſtiarũq; viſceribus, aruſpices: vt qui ex nubibus,planetis & aſtris, planetarij conijcientes dicuntur.Deut.18.12.Dan.2.2.

Diabolicæ ſunt, quæ diaboli ſcientia & arte nituntur.

Sunt	Purè diabolicæ,qua vtuntur Pythones. Mixtè diabolicæ.	Deut.18.11.

Pythones,ſunt qui impuro ſpiritu vtuntur ad occulta manifeſtanda.Leu.19.31 & 20.6. 1.Sam.28.7.8.9. 2.Reg.21.7.Eſa.29.4. 1.Sam.28.3.10. 2.Reg.23.4. 1.Chro.10.3. 2.Chro.33.6.Eſa.8.18.19.3.

Mixtè diabolicæ,qui alio medio à diabolo edocto nituntur.Deut.18.11.

Sunt	Necromantia. Aliæ neſariæ artes.	Deut.18.11.

Necromantia,eſt qua diabolus mortuorum ſpecie conſulitur.*Ibid.*

Aliæ ſunt	Præſtigium. Incantatio.

Præſtigium,eſt magia aliqua incerta, aut ſaltẽ impia,

pia, qualis à Diabolo docetur. Exo.7.11.

Incantatio est, quæ ex pacto cum Diabolo expresso vel implicito per ceremonias quasdam, vt mussitationem &c. exercetur. Psal.58.6. Eccle.10.11. Deut.18.11.

De auctis in iuramento. cap.3.

Diui cultus media hic tractanda sunt { *Aucta.* / *Noua.* }

Aucta sunt { Communia angelis & hominibus, { *Iuramentũ* / *Precatio.* } / Hominibus propria. }

Iuramentum augetur. { Ceremonia. / Lege. }

Ceremonia est ritus in iuramentis, pro iurantium differentia conuenienter adhibitus.

Sic inferiores superiorum femore manum ponebant. Gen.24.2.& 34.7.

Sic cumuli & statuæ inter iurantes æquales iniecti, & ad testimonium coram hominibus. Gen.32.51.

Sic inter se reconciliantes dona mutua. Gene.21.27.

Lex est, vt iurantes iusiurandum, etiamsi sit in dãnum illorum præstant. Psal.15.4.

De auctis in precatione. cap.4.

In precatione augmenta communia sunt, vt fiant tantùm in Christi nomine.

Specialia sunt vel in { *Petitione.* / *Gratiarum actione.* }

In *petitione augmenta* sunt vel de { Ijs quæ petuntur. / Petendi forma. }

Ea quæ petuntur ſunt ea omnia bona animi & corporis quæ per Chriſtũ obtinemus. *Petitio quarta, quinta & ſexta.* 1. Reg. 8. 30. 49. 50.

Hæc quò magis premunt, eò magis ſine defatigatione vſque dum obtineamus petenda. Luc. 11. 5. 6. *ad* 14.

Petitionis forma, vt propter Chriſtum petantur. Dan. 9. 17.

Huic autem etiam ſpecialiter ſæpiùs adiungenda ſunt
- In omni δέησει
  - Querelæ.
  - Lamentatationes.
- In ea quæ eſt pro peccatorum remiſſione, confeſſio.

Pſal. 22. 7. 8. 9. 10. 11. 12. &c.

Querelæ, formulæ ſunt, quibus aduerſariorum erga nos mala in Dei ſinu deponimus. Pſalm. 22. 7. 8. & 12.

Lamentationes, ſunt formulæ quibus mala à Deo immiſſa, ſuppliciter apud ipſum, tum ad dolorem leniendum, tum ad ſuſpiria excitanda lugemus. *Lament. Ieremiæ.*

Confeſſio *petitionem* de remiſſione *peccatorum* ſemper comitetur. Pſalm. 32. 5. 6. 1. Ioha. 1. 8. 9. 10.

Confeſſio *peccatorum*, eſt confeſſio, qua *peccata* omnia ignota generaliter, cognita autem pro cuiuſq; peccati natura & circumſtantijs ſpecialiter, eorumq; reatum apud Deum ingenuè humilimeq; deploramus. Pſal. 19. 13. 14. & 51. 5. 6.

Fit autem duplici cauſa. 1. Cor. 11. 31. 32.

Prima

Prima est, vt nosipsos condemnantes siue dijudicantes, Deus cùm iudicet iustificetur, Psal. 51. 6.

Secunda, vt ex diuina gratia remissionem obtineamus.

Quare confessioni præcedat viarum siue vitæ exploratio.

Ea autem est exploratio, qua ad *verbi* dei normam eam reputamus & perscrutamur, vt veram habeamus *peccatorum* cognitionem & ad *sanctitatem* sine omni cunctatione, eam conformemus. Psal. 119. 59. 60. Lam. 3. 40. 41.

Atq; hæc sunt specialia de petitione.

In gratiarum actione ad dei laudes celebrãdas, pro varijs maximisq; liberationibus (vt alacrius incitemur) adhibenda sunt *media*, { Ordinaria. / Extraordinaris. }

Ordinaria sunt meditationes quibus liberationis recordamur. Psal. 10. 17.

Extraordinaria sunt quæ in liberationibus extraordinarijs adhibenda sunt, ut conuiuia, lætitiæ, & hilares solemnitates deo consecratæ, vt monumenta. &c. Zach. 8. 19. Ios. 4. 20.

Atq; hæc augmenta *sunt in ijs quæ communia sunt angelis & hominibus.*

De auctis in oris cõfessione, cap. 4.

In reliquis autem augmentum est de { Oris confessione. / Operibus Dei. }

Illud autem de oris confessione est duplex. { Generale. / Speciale. }

Generale

Generale vt Christum, totamq; quam tradidit *veritatem quæ est secundum pietatem*, coram omnibus perspicuè & plenè etiam vsq; ad martyrium agnoscamus.

Martyrium, synech. sumptum, est testimonium quod per omnia tormenta, vitæq; dispendio veritati laboranti intrepidè præbemus. Heb.1.2.3. Act.23.11.& 22.20.

Speciale est, quo ex diuina promissione de sufficienti spiritus subministratione præparati, semper parati sumus ad apologiam faciendam cuiq; ἀιτοῦντι i. ex causa idonea exigenti, rationem eius spei quæ est in nobis. 1.Pet.3.15.Mar.13.11.Mat.10.19.

Apologia autem quæ hîc requiritur, est qua diuina veritas ab omnibus calumnijs vindicetur. *Ibid.* Act.7.1.2.3.&c.

Ad hanc autem in *dispositione cum actione coniuncta* requiritur { Mansuetudo / Timor } specialis.
1. Pet.3.15.

Mansuetudo specialis, est mansuetudo, qua ad mysteria dei placidè tractanda, absq; omni superbia, ventosa ostentatione, & nimio feruore erudimur.

Timor specialis, est timor ne iactantiæ & contentionis siue terroris ardore abrepti, minus honorificè fidei mysteria tractentur.

Atq; hæc est cum actione coniuncta dispositio.

Fructus perceptio, est vt hinc habeant ἔνδειγμα, quod digni sentiantur regni dei, quod ita pro eo patiantur. 2.Thes.1.4.5.6.7.

Atq;

Atq; hæc de confessione:

De auctis in castigationibus. cap.5.

Quod ad opera Dei autem attinet, augmentum duplex est, { Castigationes Dei / Earum vsus } respiciens.

Castigationes, sunt opera Dei quibus pro peccatorũ differentia, tum ex ira ob peccata: tum ex clementia paterna erga suos; aliqua vel (*a*) omnibus prout visum fuerit huius vitæ calamitatibus, ne cum mundo condemnentur, suos παιδεύει. 1.Cor.11.32. Heb.5.6.7.8.9.&c.(*a*) Esa.64 3.*lib.Iobi.*

Hæ autem castigationes sunt { Moderatæ. / In castigatorum bonum. } { Esa.27.10. *cũ* / Heb.12.10.

Moderatæ sunt, quatenus deus non sinit suos tẽtari supra id quod possunt.

Quare etiamsi seuerè castiget, ita tamen flagella moderatur, vt vnà cum tentatione euasionem præstet, ita vt possit sufferri. *Ibid.* 1.Cor.10. 13.

In castigatorum bonum est, vt coram eo humiliati, cum consciẽtiæ pace participes fiant sanctimoniæ ipsius. Heb.12.10.11.Esa.27.11.

Atq; hæc de castigationibus:

Vsus sequitur in præparatione *primò: Deinceps in* dispositione cum actione coniuncta, & fructus perceptione.

Præparatio specialis est, qua Dei manum, iram, & clementiam agnoscentes, & distinguẽtes, se ad veram patientiam comparent.

Cum actione coniuncta dispositio specialis est, quã

qua magnâ animi lenitate & gaudio Deo patri castiganti subijciuntur fideles. Iacob. 1.2.3. Hebr. 12.9.

Fructus perceptio specialis est vt coram Deo humiliati & contriti, prædictum pacis & sanctimoniæ fructum consequantur. *Ex præced.*

Atq; hæc de mediorum augmentis: Noua *sequuntur.*

Sunt autem { A Deo accepta, vt sors. / Deo à nobis ex ipsius volũtate reddenda. }

Sors est medium à Deo constitutum, quo ipse controuersias, quæ aliter ab hominibus dirimi non possunt, componit. Pro.16.33.& 18.18.Num.26.55.Ios.14.2.Leu.16.8. *De sorte. cap.6.*

Ad hanc *præparatio* quæ requiritur, est vt ex huius necessitatis sensu, Deum in hoc medio *adeamus*.Pro.16.33.

Adiuncta dispositio, est vt precibus ad deũ peractis ab ipsius nuto pendeamus. Act.1.24.25.26.

Fructus est, vt animo pacato & iucundo in dei iudicio acquiescamus. Pro.18.18.

Atq; hæc de sorte:

Reliqua media sunt

vel { Quotidianum vel continuum. / Ex causa speciali tantum vsurpandum. }

Quotidianum est sacer thesaurus.

Sacer thesaurus, qui Deo vsibusq; sacris, consecratus est. Pro.3.9. Act.2.42. *De sacro thesauro. Huius cap.7.*

Huius duæ partes. { Prima ad sumptus sacros faciendos. Secunda ad pauperes alendos. } Nehe. 10. 33. Act. 42. 46. 47.

Sumptus sacri sunt quibus omnia, quæ *cultui diuino*, ministrisq; sacris necessaria sunt, suppeditantur. Neh. 10. 33. 34. 35. &c.

Quæ ad pauperes alendos est, est, vt munificentia dei in pauperibus sustentandis celebretur. Act. 6. 1. 2. 3.

Atq; hæc de quotidiano medio:

Ex speciali causa tantum vsurpanda sunt { Vota. Solemnitates speciales. }

De votis. cap. 8.

Vota sunt, promissiones solemnes, deo factæ, de ijs quæ in nostra sunt potestate, & deo gratæ, ad fidem in *precibus* confirmandam.

Quare cum *precibus* plerunq; vouentur: Soluentur autem præcipuè in *gratiarum actionibus*. Psal. 50. 14. Eccle. 5. 4. 5. Deut. 23. 21. Prou. 20. 25. Psal. 66. 13. 14. Ionæ. 1. 16.

Quare quæ vouentur

nec { Fœda sunt, vt meretricis pretium. Vilia sunt, vt canis pretium. } Deut. 23. 18.

Voti autem formula hæc est. *Cum Deus hoc & hoc fecerit, & deniq; fuerit mihi in Deum: tum hoc & hoc ei dabo*. Iudic. 11. 2. Reg. 18. Gene. 28. 20. 21. 22.

Ad *vota* facienda *præparatio* specialis, est diligens

gens præmeditatio, tum causæ, quæ est cùm ardua & magna *precibus* petenda sunt: tum rei vouendæ, vbi quærendum, an Deo sit accepta? an in nostra potestate? an deniq; ex vocatione & facultate collata à Deo fieri possit. Eccle.5.2.3.4.6.7. Prou.20.25. Num.30.3.4.5.6.7.13.

Interna dispositio, est certum animi ex fide confirmatum & obtinendi desyderio propositũ, ad ea postquam *petitionem* obtinuerit rependenda. Psa.66.14.15. Ionah.2.9.

Fructus perceptio, priùs dicta est.

Solemnitates speciales sunt solemnitates ex speciali causa tristi vel læta dicatæ.

His adiungi debet specialis verbi meditatio & vsus pro cuiusq; differentia. Hhezra.9.*toto cap.* Neh.8.9.10.11.& 9.1.2.3.4.5.6.7.&c.

Sunt { Ieiunium. / Solemnitas hilaris. } Zach.8. 19.

Ieiunium synech. ita dictum, est abstinentia ad tempus, ab omnibus vitæ adiumentis, quoad naturæ imbecillitas, & commune decus siue honestas ferat, ad *preces* efficaciores reddendas & humilitatem testandam. 1. Cor. 7. 5. Ioel.2. 14. 15. 16. Daniel. 9. 1. 2. 3.& 10.1.2.3. *De Ieiunio.cap.9.*

Huic adiungi debent meditationes speciales de *peccatis* & eorum meritis, de promissionibus specialibus, malisq; respondentibus; eiusq; effectus vitæ censuræ. Nehe. 1.& 9.3.4.5.6. & 10.1.23.30. &c.

Ad Ieiunium præparatio est, quæ vel ex

calamitatis diuino iudicio impendentis, vel maioris alicuius boni necessitatis, sensu, homines ad *preces* ardentiores, excitet & disponit. Ioel. 2.8.9.10. 11. 12. 13. 14. 2. Chron.20. 1.2.3. Esth.4. 16. Dani. 9.1.

Cum actione coniuncta interna dispositio, est qua is animi sensus qui in *petitionibus* requiritur, magis quàm ordinariè efficax reddatur. Dan.9. *totò cap.* 1.Sam.7.5.

Fructus perceptio vt vita emendati, spe certiores ad ea quæ petimus expectanda, simus. Esai.58.*toto cap.*Ioel.2.8.19.&c.

Hæc de ieiunio.

*De hilari solemnitate.cap.*10.

Hilaris solemnitas est solemnitas, qua Dei beneficia cum gaudio & lætitia coram Deo, & nobis sumentes & alijs distribuentes, dei laudes prædicemus. Zach.8.19. Psal.116.13. Neh.8.13.

Hic præparatio specialis, est qua ex speciali beneficiorum extraordinariorum meditatione, ad gratias agendas animus excitetur. Psal.116.12.

Cum actione coniuncta dispositio interna, est qua is animi sensus qui in *gratiarum actione* requiritur, magis quàm ordinariè efficax reddatur. Psal.116.13.

Fructus perceptio, hic est etiam efficacior.

Atq; hæc de medijs ipsis:

Lex de illorum studio *sequitur.*

Ea autem est, vt cum eis tantum connubia, fœdera amicitiæ, societates, coniunctiones volunta-

rias habeamus, qui hunc *cultum Dei veri* profitentur. Deute. 12.28.29.30. 31.32. 2.Chron.19.1.2.3. Mal.2.10.11.12.

Atq; hæc de medijs:

Sequuntur augmenta *in capite de Sabbatho.*

Ea autem tantummodo sunt, vt dies pro solemnitatibus prædictis instar sabbati constituantur cùm opus fuerit. Ioel.2.15. Nehe.8.13.

Atq; hæc sunt specialia de pietate:

Sequuntur de Iustitiæ *partibus.*

De quibus omnibus hæc lex communis est, omnia communia officia & specialia præstanda sunt omnibus quibus debentur, etiam malis, *(b)* quatenus 'ευταξίας leges & propria fidelium debita ferent. Math.5.43. *ad* 49. Gen.9.5.6. *(b)* Mal.2.10.11.Psal.15.4. *De specialibus in iustitia.ca.11*

De *Iustitia* leges speciales

sunt vel de { Communibus officijs. / Specialibus officijs *Iustitiæ.* } *Mand. quintū & sextum:* Ephe. 5.20. 21.22.Col.3.17.18.19.

De communibus officijs sunt vel

quæ spectant { Personam. / Personæ adiuncta. } *Manda. sextum & septimum.* Ephe. 4.28.29.31.

Speciales leges quæ personam spectant, sunt de ijs officijs quæ debentur { Dum viuit. / Post vitam. } Act.7.*cum* cap.8.2.

Sunt autem vel de { *Iustitia* communi. / Bonitate communi. } Mat.5.43.44.45.

De *Iustitia* communi leges speciales sunt de iniurijs non inferendis { Per nos / Per nostra. } Exod.21.18. 28.29.

De primo lex est, ne ignorantia, negligentia, voluntate, ex ira siue odio, quemque verbis, vt conuitio vllo; factisue, vt læsione, siue vulnere, vel offendamus, vel offensionem huiusmodi appetamus. Mat.5.21.22. Exod.21.22.23.24.25.28.29. Leuit.19.14.

De secundo, ea cura adhibenda de nostris, vt nullum alijs creant periculum, Exod.21.28.29.31.32.

Quod etiam de officijs quæ adiuncta personæ spectant, est commune. Exo.21.33.34.35.36.

De bonitate communi leges speciales sunt quæ referendæ sunt ad aliorum { Necessitates. / Mala. } Mat.5.44.45.

Ad aliorum necessitates leges referendæ, sunt vel { Communes de tota persona. / Speciales de partibus personæ. }

De tota persona communes sunt duæ. Roma.14.15.

Prima de misericordia, & συμπαθέια, ex quarum prima, aliorum miserijs; ex altera, mutuò eodẽ modo afficimur. *Ibid.*

Eius autem effectus sunt συμπαρακαλήσις, quæ & verbis & factis præstanda est. Roma.12.15.19.20.

Secunda

Secunda est, vt quacunq; possimus ratione necessitatibus ipsorum succurramus. *Ibid.*

Ad quod etiam duo requiruntur.

Primum, ne differemus hoc officium.

Secundum, ne deseramus donec impletum fuerit.

Illud autem est, cùm vel necessitati satis factum fuerit, vel quod in nobis est præstiterimus. Prou. 3. 27. 28. & 11. 18. Psalm. 37. 1. 2. Cor. 8. 12.

Atque hæc de legibus quæ communes sunt de tota persona, quæ etiam ijs quæ sequuntur de personæ adiunctis sunt communia.

Leges speciales de partibus personæ, sunt quæ spectant { Corpus. / Animam. }

Erga corpus beneficentia requiritur, vt alimentũ, vestitum, & in quoquo corporis periculo remedium suppeditent.

Huc appendix illa pertinet de cõmuni inter homines humanitate, vt vuas & huiusmodi pro desyderio ad saturitatem comedant, instrumento tamen ne imponant.

Spices & huiusmodi manu decerpant; falcẽ tamen ne in proximi segetes agant. Deut. 23. 24. 25.

Hæc autem vt omnibus; ita pauperibus, viduis & pupillis maximè sunt præstanda, idque absque omni retributionis expectatione. Exod. 22. 21. 24. 25. 27.

Huc etiam pertinet appendix illa, vt his spicilegiũ, & racemationem concedamus, neque huius-

 modi

modi ipsi faciamus. Leuit. 23.22. Deut. 24. 19.20. 21.22.

Atq; hæc erga corpus.

Erga animam duo requiruntur. 1. Pet. 2. 13.

Primum, vt ita apud omnes viuamus, vt nulla offensione data, vitæ sanctimonia, ipsos ad *pietatem* exemplo nostro incitemus. 1. Cor. 10. 32.

Secundum, vt omnes occasiones captemus, vt alios ad bonum persequendum, ad mala abrumpenda lucrescamus. 1. Cor. 10. 33.

Atq; hæ sunt speciales leges ad aliorum necessitates referendæ.

Ad mala referendæ sunt, vel quæ versantur in ijs { Præcauendis. / Tollerandis. } Ephe. 4. 31. 32. 1. Pet. 3. 8. 9. 10. 11.

In malis præcauendis φιλησυχία præcipitur.

Ea autem est virtus qua summa solicitudine, verbis factisuè, causas & occasiones offensionum, discordiarum & odiorum auertamus. Gene. 13. 7. 8. 9. 10.

Quare hîc sæpiùs de iure nostro alijs cedendum. *Ibid.*

Huc etiam pertinent ea fœdera, quæ cum omnibus sanctè iniri possunt.

Ea autem sunt quæ de ijs officijs, quæ omnibus debentur, sancita fuerint. Gen. 21. 22. 24. 27. 28. 30. &c. Mal. 2. 10.

Quæ in ijs tollerandis versantur, sunt { Mansuetudo. / Επιιχεία. } Tit. 3. 2.

Mansu-

Mansuetudo est virtus quæ versatur in ira cohibenda. Eph.4.31.

Hanc comitantur virtutes quæ versantur in ira { Differenda. Sedenda. } Prou.17.9.19. & 19.11.

In differenda versatnr μακροθυμία.

Μακροθυμία est virtus, qua non ob leuam, sed iustissimam causam ira commouetur. Num. 12. 3. Pro.19.11.

Eius effectus, sunt tardum ad iram efficere, molli responsione in alijs lenire, & cùm fieri possit defectiones præterire & obtegere. Pro. 12.15. & 15.1. & 10.12. 1.Pet.4.8.

In ira sedenda versantur { ὑπομένη. Gratuita condonatio. }

Ὑπομένη est, qua iniuriæ ita tollerantur, & ira moderatur, vt limites suos non transgrediatur. Ephe. 3.26.

Gratuita condonatio, est qua iuiuriæ condonantur, & gratuitò prorsus obliterantur. Leuit. 19. 18. Eph.4.32.

Επιείκεια est virtus, qua ius summum moderatur, & de eo aliquid remittitur. *Ex præcedentibus.*

Harum legum ad hoc iustitiæ caput pertinentiũ, appendices sunt. Primò, vt misericordiæ nos assuefaciamus, ita vt inimici bestias etiam oneri succumbentes, re nostra relicta, subleuemus. Exo.23.5. Ita etiam, ne matrem cum pullis accipiamus.

Secundò vt in domo ædificanda, ad tectum loricam faciamus. Deut. 22. 8.

Atq; hæc sunt officia erga quemq; dum viuit.

Post vitam officium, est sepeliendi cura.

Ea autem est vt honestè hominum cadauera terra condantur. Ier. 7. 22. & 22. 19.

Adiuncta habet { Luctum. Condendi ceremoniam. } 2. Sam. 3. 31. 32. 33.

Luctus autem, etsi pro personarum, eorum donorum & vocationum differentia maior esse possit, maioribusq; signis exprimi: non debet tamen esse atqui hominum spe resurrectionis destitutorũ. 1. Thes. 4. 13. Act. 8. 2.

Corporum condendi ceremonia, est ad honorem sepulti corporis: & pro more varia esse potest: quò tamen doctrina resurrectionis est lucidior, eò simplicior esse debet ceremonia. 1. Thes. 4. 14.

Ea autem in facinorosorũ sepultura non est adhibenda. Act. 5. 6. 10. Act. 8. 2. inter se collatis.

Infidelium autem signa & ceremonia, vt capitis & oculorum incisio & carnis cæsura, stigmata &c. omnino fugienda sunt. Leui. 19. 27. & 21. 5. Deute. 14. 1.

Atque hæ sunt leges speciales de hoc Iustitiæ *capite:*

Sequuntur de reliquis, ac primò de castitate, deinde de minus præcipuis adiunctis personæ.

De castitate leges sunt

vel { vtriusq; castitatis speciei communis. / alterutri propria. } 1.Thes.3.4.5.

Communes sunt quæ præcipiunt communia vtriusq;.

Sunt quæ præcipiunt abstinentiam a voluptatibus alienis. 1.Cor.7.1.2.3.4.

Alienæ voluptates a quibus tum virgines, tum coniuges abstinere debent, sunt { παρὰ χρῆσιν φυσικὴν / κατὰ χρῆσιν φυσικὴν. } Ro. 1. 26.27.

Primi generis sunt, quæ non tantum conformitati nostræ cum Deo; sed etiam corruptæ naturæ reliquijs, repugnant, *ibid.* Leu.18.23.

Sunt autem { confusio { specierum. / sexuum. } / incestus. }

Leu.18.20.22.23.

Specierum, cum bestiæ verè vel spiritus specie hominibus misceantur, voluptatis gratia. Leu.18.23.

Sexuum confusio, est cùm mares maribus, fœminæ fœminis misceantur. Rom.1.26.27.1.Cor.5.1.

Incestus sunt, cùm propinqui carne misceantur, etiam in coniugio. Leu.18.6.7.8.

Atq; hæc sunt præter χρῆσιν φυσικὴν: *Sequuntur quæ sunt secundum* χρῆσιν φυσικὴν.

Sunt { Scortatio. / Adulterium. } Deut.22.26.27.28.

Scortatio, est cum matrimonio soluti illegitimè misceantur. ver.28.29.

Adulterium est, cùm altera persona saltem sit desponsata.

sponsata *ibid.25.26.*

Vbi etiam si vtræq; personæ sint desponsatæ, alium adulterij gradum constituit, cùm & suum & alterius coniugium violetur.

Atq; hæ sunt communes leges castitatis vtriq; speciei: Propriæ sequuntur.

Propriæ leges sunt vel de castitate { cœlibatus. / coniugij. } 1.Cor.7.1.2.

De cœlibatus castitate hæc lex est, vt communia omnia accuratiùs, & pietatis exercitia, præsertim ieiunia sancta, seruent. 1.Cor.3.4.35.

Coniugij castitas est, vt immunes se ab omni spurcitia, nominatim autem & præcipuè, à copula illa quæ fit in morbo vel separatione muliebri. 1.Thes.4.5.

Quod postremum autẽ ad incestum propinquat, vel potius scelera superat. Leu.18.19.17. Ezech.18.6.

Huius *iustitiæ* capitis appendix est lex illa, vt loco idoneo pedes, postea autem excrementa etiam tegantur. Deut.23.12.13.14.

Sed illustrior illa qua cauetur ne instrumentum virile super fœminam, neq; fœminæ super virum induatur. Deut.22.5.

Atq; hæc de hoc iustitiæ *capite : sequuntur reliqua.*

Speciales leges de reliquis *iustitiæ* capitibus sunt vel de { huius vitæ commodis. / bona fama. } Exod.23.1.4.

De priore leges speciales sunt { *auctæ.* / *Nouæ.* }

Auctæ

Aucta est de aliorum rerum conseruatione, quæ est vt res amissæ reducantur & domino reddantur, vel si nec propinquus nec notus fuerit dominus rei amissæ: etiam bestiæ intra domum recipiantur, & ibi maneant, donec sumptibus solutis reddi possunt. Exod. 23. 4. Deut. 22. 1. 2. 3.

Nouæ sunt de { *Iustitia* commutatiua. / Alijs virtutibus hanc comitantibus & adiuuantibus. } Ep. 4. 28.

De *iustitia* commutantiua leges speciales sunt variæ pro contractuum varietate.

Sunt autem de *iustitiæ* partibus in contractibus { ad lucrum. / siue lucro.

Exod. 22. 7. 10. Leu. 5. 21.

Partes *iustitiæ* in contractibus ad lucrum sunt, quæ pertinent ad { rerum permutationem. / societatis contractum. } Leu. 5. 21. 1. Thess. 4. 6. *cum* 1. Cor. 6. 8.

Ad rerum permutationem pertinentes sunt, quæ spectant ad { venditionem & locationem. / oppignorationem.

Exod. 22. 10. 26.

In venditione partes *iustitiæ* sunt { emptoris. / venditoris. } Gen. 22. 13. 16.

Emptoris vt precium, non modo rei, sed venditoris etiam labore & sumptui æquiualens reddat. Deut. 15. 14. 15. 16. 17. 18.

Venditoris est, res, & natura, & vsu, & huiusmodi, precium æquātes, bona fide tradere *ibid*. Amos. 8. 5. 6. 1. Thess. 4. 6.

In

In locatione partes sunt	{	generales & communes locationi.
		speciales eius speciei ἐμφύτευσεως.

Cant.8.4.

In omnium rerum locatione vsura licita est, modò non sit cum locationem recipientis iniuria siue damno aliquo. Ex. 22.25.35. Deut.23.19. *cum* Exod. 22.14.15.

Locationem recipientis partes *iustitiæ* sunt, vt tantum ad tempus iustè constitutum, re locata fruatur; posteà integrum restituat (nisi absq; sua negligentia corrumpatur vel perdetur) mercede iusta soluta. Exod.22.15.10.11.12.

Locantis partes sunt, vt mercedi rei locatæ vsum æquat, & tantum iusto tempore repetat, idq; si neq; corrũpatur, neq; intereat absq; recipientis negligentia. Exod.22.15.

In ἐμφύτευσι *iustitiæ* partes sunt: In domino, vt vsum fundi, coloni labori & reditui ex æquo respondentem præstet. Cant.8.4. In colono duo: Primum vt fundum fideliter colat. Secundum vt officia & precia ad quæ alligatus est iusté præstet. Cant.8.4. *cum* 1.Thes.4.6.

Atq; hæc de locatione: Sequitur de oppignoratione.

Quæ duplex est vbi pignore	{	fides in dubium vocata confirmanda.
		certamen componendum siue lis derimenda est.

In priore autem pignus oppignorantis officia sunt, vt debitum soluat iusto tempore: sin minus, vt

negotium

negotium transeat pacificè; non ad suum libitum: sed pignus recipienti cum lucro moderato debitum soluetur. ἀναλογῶς *ex Pro.*6.1.2.3.

Atq; hæc de prima oppignorationis specie.

In posteriore autem officium commune est vtriusq; lite contendentis, vt pignore certent moderato. Eius verò inferior qui in causa erit officium est, vt temeritatis siue audaciæ pœnas luat, dum debitum pignus præstat. Iud.14.16.17.20.*cum* Psa.15.4.

Pignus recipientis partes sunt. Primò si res sit præsenti tẽpore vicino necessaria, vt restituat. Quare non ille scrutetur: sed elatum a domino accipiat. Deut.24.6, 10.11.12.13. Exod.22.26.

Secundò, vt pignus restituat, si fide res acta fuerit, etiam si necessitate, vel causa aliqua cogente aliquatenus peccatum fuerit. ἀναλογῶς *ex* Exod.22.14.15.

Atq; hæ sunt iustitiæ *partes in permutatione: Sequuntur in societate contrahenda, vbi res & operæ permutentur.* Leu.5.21.

Laborantis officia sunt sedulo & fide, negotia transigere, socij etiam vtilitatem vt suam spectare. 1.Thes.4.6. ἀναλογῶς *ex* Gen.31.38.39.40.41.

Pecuniam vel huiusmodi tradentis officia sunt, vt sorte & parte sua sit contentus, & in laborantis fide (modò fide agat) acquiescat: nec rebus aduersis insolescat in socium. *ex contr.* Gen.31.7.8.9. ἀναλογῶς.

Atq; hæc de ijs contractuum speciebus quæ lucrum afferunt: Sequuntur alia.

Vbi

Vbi *iuſtitiæ* partes ſunt, vel quæ ad eas ſpecies pertinent vbi
- res repetuntur.
- res non repetuntur, vt in donatione. Exod.22.13.Pro.3.27.28.Luc.6.35.

Vbi repetuntur ſunt
- eadem.
- æqualia.

Exod.22.7.13.14.15.

Vbi eadem repetuntur partes *iuſtitiæ* ſpectant vel
- Depoſitum.
- rem commodatam.

Exod. 22.8.13.14.15.

Partes *iuſtitiæ* quæ depoſitum ſpectant, ſunt vel eius
- cui datum fuerit.
- qui reciperet.

ibid.

Prior eſt duplex
- Prima vt fidem præſtet.
- Secunda vt depoſitum iuſtè & tempore conſtituto reddat (niſi abſq; ſua negligentia, eius diſpendium feciſſe comprobauerat.)

ibid.

Poſterior etiam eſt duplex.
- Prima vt depoſitum tantum repoſcat.
- Secunda, vt ſi fides præſtita fuerit, etiam ſi aliter acciderit quàm ſperabat, ſine ſuſpitione & compenſatione, ſibi ſatisfaciat.

ibid.

Ad rem commodatam ſpectãtes partes *iuſtitiæ*, ſunt vel
- Commodantis.
- Recipientis.

Exod.22.14.15.

Commo-

Commodantis, vt tempus constitutum expectet, & suo illæso sit contentus. Luc. 6.35.

Commodato recipientis partes sunt, vt reddat tempore constituto, cùm gratiarum fœnore.

Atq; hæc vbi eadem repetuntur:

Æqualia repetuntur in rebus mutuo datis.

Vbi *iustitia* partes, sunt mutuo { dantis. / recipientis.

Mutuo dantis officium, est vt æqualia tantum petat. 2. Reg. 4.6.

Mutuo recipientis officium, est vt æqualia iusto tempore reddat. *ibid.*

Atq; hæc de ijs, vbi res repetuntur.

In donatione *iustitia* partes, sunt { Datoris. / Donum recipientis.

Ruth. 2.14.15.16.17.

Datoris est, vt donum gratuito recipienti tradat. Luc. 6.35.

Recipientis, vt rem datam ex donantis voluntate tantum accipiat.

Atq; hæc de iustitiæ *partibus, quæ ex* iustitia *commutatiua diriuantur: Sequuntur virtutes eam comitantes & adiuuantes.*

Eæ autem { ipsum / alium } spectant.

1. Thes. 4.8.9.10.11.12.

Quæ ipsum { Animam suam. / Res alias. } 1. Tim. 6.7.8.

Animam suam spectat αὐταρχεία: quæ est virtus, qua homines suis rebus iustè acquisitis,

(etiamsi

(etiamsi tantum alimenta & tegumenta habeant) apprimè sint contenti. 1.Tim.6.6.7.8.

Res suas spectantes partes *iustitiæ*, sunt	Parcimonia. Frugalitas.	Pro.5.6.7.8.9. 10.11.

Parcimonia, est virtus, quæ honestos tantum & necessarios sumptus faciens, iustè parta optimè custodit.

Hinc ergo fit, vt non nisi pro notis, & viris (vt dicunt) bonis, fide iubeat: Si autem aliter vel ex imprudentia, vel necessitate factum fuerit, quam primum poterit, ei cui fidem dedit submittendo, eum vero pro quo fide iusserat vrgendo, se liberabit. Pro.6.1.2.3.4.5.& 12.9.

Frugalitas est virtus, quæ res suas in res vtiles & frugem facientes, collocat. Pro.21.17.

Atq; hæc de eo iustitiæ *capite, quod ad huius vitæ commoda spectat: Sequitur de eo quod ad famam refertur.*

Huius leges speciales, sunt de	candore. taciturnitate.	1.Tim.5.13. Mat.1.18.19.

Candor est virtus, quæ rectè, & ambiguè facta & dicta, benè, & in meliorem partem accipit & interpretatur, ita etiam vt suspitiones probabiles, & inde enatas actiones, vitet. Mat.1.19.& 26.60.1.Cor. 13.5.

Taciturnitas est virtus, qua arcana, & dictu non necessaria, reticentur: Necessaria verò parcè quantum potest ad aliorum bonum dicuntur & aguntur. Math.1.19.

Atq; hæc sunt specialia de communibus iustitię *partibus.*

tibus: Sequuntur leges speciales de officijs specialibus.

Eæ autem sunt, de { fidelium inter se officijs. / εὐταξίᾳ humana. } Rom. 13. 14. *cũ ca.* 1.4.1.

Primæ sunt { communes. / speciales.

Communes sunt, quæ specialia & mutua officia omnium christianorum præcipiunt. *ibid.*

Sunt autem { φιλαδελφία. / eius effectus. / communio sanctorum. } Act. 4.3.2.

φιλαδελφία, est fidelium & in Christo fratrum, tanquam vnius corporis membrorum, mutua inter se charitas summa & sancta. *ibid.* 2. Pet. 1.7. 1. Pet. 1. 22.

Communio sanctorum, est spontanea omnium bonorum, pro singulorum necessitate, etiam vitæ cùm fuerit necesse, communicatio. Act. 2. 44. 45. & 4. 32. 33. 34. 35. 36. 37. &c. 1. Ioh. 3. 14. 16. 17.

Eius duo membra: { Primum huius vitæ commoda / Secundum futuræ } spectat. Rom. 15. 26.

Primum, est ea pars communionis sanctorum, qua in rebus huius vitæ, ex mutua suiipsorum abũdantia, mutuum aliorum defectum ita supplent, vt ea in parte fiat ἰσότης, quæ necessitati cuiusq; satisfaciat. Act. 4. 33. 34. 35. 36. 37. *cum* 2. Cor. 8. 14. 15.

In hac autem communicatione, præcipuè requiritur vt sint κατὰ δύναμιν καὶ ὑπὲρ δύναμιν αὐθαίρετοι. 2. Cor. 8. 5.

Secundum membrum, quod futuram vitam spectat, est ea huius communionis pars, quæ mutua huc spectantia adiumenta præstet. Rom. 1. 11. 12.

Ea sunt { Mutua aliorum obseruatio. / Eius effecta. } Heb. 10. 24.

Mutua aliorum obseruatio, est qua εἰς παροξυσμὸν ἀγάπης καὶ καλῶν ἔργων se mutuò κατανοῶσι & inquirunt. *ibid.*

Eius effecta sunt παράκλησις siue νουθετέσις mutua.

Ad hanc autem requiritur { Cognitio. / ἀγαθωσύνη. } Rom. 15. 14.

Cognitio, vt ex scientia tum veritatis, tum necessitatis mutua δυνάμενοι sint ἀλλήλους νουθετεῖν. Rom. 15. 14. Gal. 5. 1. 1. Thes. 4. 18.

Αγαθωσύνη est, vt semper hæc ex animi comitate, & ad mutuam concordiam propensione sancta, per fidem mutuam præstent. Rom. 1. 12.

Huc etiam pertinet illud Iacob. 5. 16. ἐξομολογεῖσθε ἀλλήλοις τὰ παραπτώματα καὶ εὔχεσθε ὑπὲρ ἀλλήλων, ὅπως ἰαθῆτε.

Hæc νουθετέσις duplex est { perficiens. / defectus, siue labes resarciens. } Iudæ 20. 21. 22. 23.

Perficiens, quæ mutuam fidem & sanctimoniam ijs *medijs* exitat, & auget. *ibid.* Rom. 1. 11. 12. 1. Thes. 4. 18. Pro. 22. 17.

Labes resarciens, qua se mutuò aliqua offensa præoccupatos instaurant. Gal. 6. 1.

Ad hoc

Ad hoc officium duo pertinent. Leu, 19.17.

Primum, vt liberè & quamprimum poterint, loco, temporeq; opportuno, illud præstet. *ibid.*.

Secundum vt summa mansuetudine, etiam ex nostræ imbecillitatis sensu profecta, hoc agant: ita tamen vt pro personarum discrimine, differentia statuenda sit, vt cum alijs leniùs, cum alijs verò vehementiùs & seuerè agatur. Iud. 22. 23.

Huiusmodi admonitiones gradibus quibusdam, (si non proficiant) augeri debent.

Post primam autem, quæ sine teste esse debet, duo sunt gradus. Mat. 18. 15. 16.

Vnus priuatim coram teste vno vel altero: tum vt ex charitatis lege offensa si possit tegatur: tum vt ex ore duorum testium omne verbum stabiliatur. *ibid.*

Alter, coram politeias diuinæ administris: vt ipsi restaurationis opus perficiant. *ibid.*

Hæc de communibus: Speciales sequuntur.

Speciales sunt, quæ officia christianorum ex speciali ipsorum differentia orta, definiunt. Rom. 14. *toto cap.*

Christiani autem ex huiusmodi differentia, sunt

πίστει { δυνατοὶ.
ἀσθενοῦντες.

Δυνατοὶ sunt qui certè norunt & fide persuasa habent omnia, quæ ad libertatem quæ est in Christo (circa ἀδιάφορα) spectant.

Δυνατῶν officium est τὰ ἀσθενήματα τῶν ἀδυνάτων βαστάζειν.Rom.15.1.

Hoc autem fit { Si rectè assumantur. / Si libertate in ἀδιαφόροις rectè vtamur. } Rom.14 1.13. 14. 15.16.

Rectè assumuntur,qui non ad certamina διαλογισμῶν,id est,contentiosas disputationes,vt pro nihilo habiti,tristitia afficiuntur,sed ad pacem vt ædificentur assumpti sunt. ver.1.2.

Libertatis vsus rectus est, cùm in his Christo seruimus, & proximo indulgemus ad bonum in ædificatione.Rom.14.17.& 15.1.2.

Indulgetur autem,si gratia ipsius,cum necesse sit, a licitis abstineamus.Rom.15.1.2.1.Cor.11.28.29.

Necesse autem est, cum ex illorũ vsu frater infirmus vel { destruatur. / alio inde malo afficiatur. } Rom. 14.15.

Destruitur autem, cum conscientia adhuc nulla ex ea parte imbuta fide, tamen exemplo ad ea vtenda animata poluitur.1.Cor.8.10.11.

Alia inde orta mala sunt { grauius. / leuius. } Rom.14.21.

Grauius est πρόσκομμα, quod est cùm conscientia infirma vulneretur,& tanquam telis transfigatur talium vsu. Rom.14 15.12.1.Cor.8.12.

Leuius est { σκάνδαλον. / ἀσθενεία inde orta. } Rom.14.21.

Σκάνδαλόν est, cùm ex horum vsu, leuiter,grauetur infirmi conscientia.1.Cor.8.12.13.

Ασθενεία, cùm infirmior in pietate & perseue-

rantia euadet.Rom.14.21.

Infirmiorum officium eſt, vt libertate vtentes, non vt profanos, ſed quos in finem confirmabit Deus,eos reputent.Rom.14.2.3.4.

Atq; huiuſmodi ſunt de officijs chriſtianorum: Speciales leges ſequuntur.

Speciales ſunt	communes omni ἐυταξία.
	ſpeciebus ſingulis propriæ.

Eph.5.21.22.& 16.2.3.5.6.

Omni ευταξία communes ſnnt de officijs	ſuperiorum.
	inferiorum.

1.Tim.6.1.2.3.Tit.3.2.3.

De ſuperiorum officijs leges ſunt vel	toti muneri ipſorum communes.	Rom. 13.3.4
	alteri parti de meritis remunerandis ſpeciales.	

Toti muneri ipſorum communes, ſunt vt	Sint erga inferiores humani,& ſeruata authoritate, erga inferiores tanquã fratres ſe gerant.Deu.17.20.1.Pet.3.9.Col.3.21. Iob.31.13.14.Gen.22.7.
	Inferioribus veritatis cognitione,experientia,& exemplo in culpatæ vitæ, præeant.*ibid.*

Speciales autem, de meritis remunerandis ſunt, quæ ad mala compenſanda requiruntur.*ibid.*

Ea autem ſunt	Increpatio.	Prou.17.10.
	Pœna ſiue caſtigatio.	

Increpatio, eſt remuneratio leuioris mali, per acerbam admonitionem. Prou.17.10.

Pœna ſiue caſtigatio,eſt remuneratio mali grauioris

oris, per vltionem aliquam. Pro. 17. 26. Pro. 20. 30.

Hæc autem ad mali incrementum, siue toto genere, siue circumstantijs tantum, augeri debet & cõtra; omitti etiam potest in spem emendationis, modò fiat citra publicum scandalum & reatum; etiam cum grauioris pœnæ interminatione. Pro. 19. 18. 19.

In pœnis rectè infligendis, requiritur tum	Sapientia. Patientia.	Eccles. 7. 20. 21. 22.

Sapientia ea requiritur, quæ peccata, eorum certitudinem, circumstantiasq; omnes, accuratè explorare & manifestare possit. *ibid.*

Ex hac autem sapientia, huiusmodi pœnas ad tempus opportunum differre licet. Eccles. 7. 21. *Exempl. Dauid erga Ioab. &c.* & 1. Sam. 10. 27.

Patientia ea requiritur, qua pacato animo & reorũ responsa audire, & prout *iustitia* requirit accipere, totũ deniq; munus implere possit. Iob. 31. 13. 14

De inferiorum officijs præcipitur primò, vt etiam duris & acerbis, sua præstantur officia. 1. Pet. 2. 18.

Cuius membra sunt, quæ Tit. 2. 3.	subiectionem suam obedientiam	spectant.

Quæ subiectionem spectant, sunt vt se subijciant	Iustis castigationibus, animo erga superiores pacato, illudq; etiam voce, verbis & gestibus indicent. Iniustis, patienti animo vsq; dum remedium legitimum & sanctum obtineant, etiam eas ferant similiterq; exprimant.

1. Pet. 2. 19. 20. 21. 22. 23. 24. Gen. 16. 9.

Quæ obedientiam spectant sunt, vt quæcunq; ipsis licita fuerint, etiamsi malè & iniustè a superioribus imperantur, ad mãdatum superiorum præstent. 1. Reg. 12.4.

Atq; hæc communia *sunt de* ἐυλαξία: *Sequuntur quæ propriæ sunt cuiusq; speciei.*

De specialibus in οἰκονομίᾳ. *cap.12.*

Vbi { Primò οἰκονομίας specialia. / Secundò politeias, docenda sunt.

Οἰκονομίας specialia sunt, quæ referuntur ad { primam partem. / secundam partem.

In prima sunt, quæ spectant { προϊςάμενȣ viri / vtriusq; } officium.

Προϊςάμενȣ viri, vt in promissis liberis, vtpote ad deum votis, ad hominẽ de nuptijs promissa irrita faciant, quæ absq; eorũ consensu fiunt, nisi ea postquam cognouerint vel apertè vel saltem silentio approbauerint. Num. 30.4.5.6.7.8.9.10.11. 1. Cor. 7.36. 38. Gen. 24.51.

Vtriusq; officium est { Commune. / Speciale.

Commune est; erga { Domesticos. / Aduenas.

Erga domesticos, in *pietatis* officijs { dirigendis. / præstandis.

In dirigendis, speciale officium est, primò in ieiunio priuato celebrando. Hest. 4.16.

Ieiunium priuatũ celebrandum est, cum vel eminet vel aduenerit magna aliqua calamitas siue necessitas publica siue priuata. Neh. 1.4. Act. 10.30.

In ieiunij celebratione requiritur προϊςάμενȣ

 opera

opera vt ipſos dirigat.
- Primò ad ſpecialem verbi meditationem, qua & humiliantur & fide roborantur.
- Secundò, vt preces hinc ortæ tempori reiq; idoneæ fundantur.

Heſt.4.16.Neh.1.4.5.6.

Officia præſtanda ſunt { inſtitutio / diſciplina } domeſtica. { Pro.13.14. & 15.32.

Inſtitutio domeſtica, eſt inſtitutio perſpicua, & familiaris,pro vocatione & donis priuati,vt tot a familia in *veritate quæ eſt ſecũdum pietatem* proficiat. 1.Cor. 14.Gen.18.19.& 14.14.Deut.20.21.

Eius *media* ſunt
- Quotidiana.
- Quæ publicũ miniſterium ſpectant.

} Exo.12.25.26. & 13.14.

Quotidiana ſunt
- verbi Dei vſus quotidianus.
- operum Dei applicatio.

} Pſal.87.1.8.

Verbi Dei vſus quotidianus, eſt vt illud recolendo familiare: & in ijs quæ perſpicua ſunt, vel a publico miniſterio edocti fuerant, cognitum faciant. Deut.6.6.7.8. 2.Tim.3.15.

Hoc autem faciendum eſt duplici fructu
- Primò, vt hoc modo in pietate pro præſenti proficiant.
- Secũdò, vt magis reddantur idonei,ad fructũ ex publico miniſterio capiendũ.

} 2.Tim. 3.15.

Operum Dei applicatio,eſt ex aſſidua eorum recognitione,animos ſuorum ad reuerentiam,fiduciã, timo-

timorem, gratitudinem, patientiamq; ob dei magnalia, beneficia & iudicia informare. Gen.18.19.

Quæ publicum ministerium spectant, sunt duo, { Primum, vt habeant, Secundū, vt rectè vtentur. } Esai. 30. 20.21. 22.

Vt habeant requiritur, vel (si possibile sit) cetui huius participi se adiungāt: sin minus, vt saltem sabbatum in hac opera (vt publicum ministerium cum suis adeant) impendat. Esa.32.1.2.3. & 30. 20. Iere.33. Mat.8. Amos.8. 2. Reg.22.

Vt rectè vtentur est { Primum, vt curent vt eo modo tota familia præparatur & in ipsa actione se gerant vt priùs præscriptum est. Secundò, vt postea reuocādo in memoriam ipsos, explorando, & in ijs exercendo, ad fructū præscriptum capiendum adducant. }

Ex.13.1.9. Act.10.24. Neh.8.13. 1. Reg.13.31.33. Iob.1.5

Disciplina domestica, est quæ à priuatis exequi possit: quare vltra has metas nō progrediēdū. Exo.21.20.

Hic duo præstanda, { Primum, per se, Alterum, ab alijs quærendum. } Iacob.5.14.15. Mat. 18.16. Deut.21. 18. 21.

Per se precibus ad deum ipsos minis, plagis, alijsq; in filios & seruos pænis proprijs, in melius flectēdi.

Ab alijs quærendum est

vel { Ab ecclesia, siue ecclesiastica coetu disciplina ecclesiastica. A magistratu ciuili. }

Iacob.

Iaco.5.15.Mat.18.16.Deut.21,18.21.Psa.101.7.

Quod si ne his proficiant, qui legitimè possunt, procul arcendi, qui non possunt in ordinem quoad fieri possit coacti, deo & capitali reip. supplicio cùm iustum fuerit committendi. Deut.21.18.Psa.101.7.

Atq; hæc sunt specialia erga domesticos.

Erga aduenas specialia hæc sunt,

vt { A malis, iniurijsq; etiam suo periculo, fideliter tueantur. / Ad publicum ministeriũ trahãt eos. } Ge.19.2.3.4.5. Iudic. 19.16.17.18.Exo.18.5.6.7.8.15.

Quod si continuo hospitio recepti sunt, eisdem legibus subijciantur, & ἐυταξία domesticæ per omnia, vt amici, & quodam modo æquales, pareant. *Mand.*4.

Atq; hæc sunt quæ spectant commune officium gubernatorum.

Sequũtur quæ specialia spectant, tum { Inter se. / Erga alios. } Exod. 21. 10. Tit.2.3.

In priore etiam quædam { Mariti / Vxoris } propria officia spectant. Eph.5.33.

Mariti, { Προνοίας effectus / Alterius officij effectus } specialis. Exod.21.10.

Προνοίας, est vt etiam non modò in vita, sed etiam post vitam eius curam suscipiat, vt quæ huic vitæ sunt necessaria habeat. Esa.3.28.Ruth.3.9.

Alterius effectus, est vt honorem ei præbeat, vt debiliori vasi, dum summa sapientia prudentiaq; infirmitates

firmitates ipsius & tolleret,& tegat. 1.Pet.3.7.

Specialia quæ propria vxoris officia spe-ctant sunt { Prioris / Posterioris } { specialis effectus.

Prioris specialis effectus,est vt laborem, ad mariti administrationem promouendam, ornandamq; impendat,tum { In βιωτικοις. / In ijs quæ christianã spectant sanctitaté. } Pro.31.26. 28.

Ad primum duplex labor etiam requiritur { Familiam / Propriam operam } { spectans.

Familiam spectans,est vt omnes vias familiæ speculetur,tum vt { Pensum / Escam } domui suæ & det tempore suo. Pro.31.15.16.17.21.

Propriam operam spectans,est vt die,nocteq; in aliqua vtili manuum suarum opera se exerceat. Pro. 31.13.14.15.17.19.22.

In ijs quæ sanctitatem spectant labor est, vt absenti marito quasi pes,oculus,osq; mariti esset & secreta adeat,reuelet,admonitionibus,hortationibus, minis, etiam ad mariti nutum castigationibus, in suis quæ corrigenda sunt emendat, in aliorum necessitatibus subleuandis solicitudinem suam ostendat.Prou.31.20.26.

Posterioris officij specialis effectus est, vt non modo ex lege naturæ,sed etiam infirmitatis sensu,viri dominium continuò appetat, eiusq; ægritudines patienter tolleret.Gen.3.16.

Atq; hæc specialia sunt de officijs inter se:

Quæ officia erga alios spectant, sunt

vel { Quæ hoc loco specialia sunt de parentum officijs. | Officia administrantium, vt sunt { Domini. | Dominæ. }

Ephe.6.1.2.3.4.5.6.7.8.&c.

De parentum officijs specialia sunt,

ad { Communia. | Propria } spectantia.

Ad communia sunt officia { In tenera ætate. | In adolescentia. } Prou.31.1.

In tenera ætate pertinent { Disciplinæ | Νουθεσία } additæ.

Ephe.16.14.

Disciplinæ addẽdæ, præter incitamenta pueris propria, hîc aucta, & post lapsum infirmiora facta ad ipsorum captum, etiam terricula adhibenda, vt eius ætatis petulantia paulatim cohibeatur. Pro.13.24.

Νουθεσία hic propria est vt vicibus sæpe repetitis, paucissima facillimaq; prima *veritatis quæ est secundum pietatem principia* proponenda, & aliqua saltem conscientiæ, religionis & morum bonorũ semina concipiant teneræ ipsorum animæ. Esa.28.10. 2.Tim.3.15.Heb.5.12.13.Prou.20.11.

In adolescentia specialia

sunt in { Ineunte | Prouecta } adolescentia.

In ineunte hoc speciale est, vt dum aduocationẽ prò donorũ differentia disponunt, hoc faciunt tum inge-

ingenia, & operam huc continuò acuant, tum conscientiā ad vocationem sanctè præstandam, efformét. 1.Chro.28.9.10. 11.Pro.31.1.2.3.

Atq; hìc etiā maxima de ecclesia cura & solicitudo adhibenda est, vt præcipua, præstantissimaq; dona, domino, eiusq; cultui dicentur. 1.Sam.1.11.12.13.

Ad secundum hoc speciale est. In primo membro, vt nullo affectu ius primogeniti auertant, nisi ob scelus aliquod hoc faciant. Deut.21.16.17.18.

In secundo vt continentiæ vel matrimonij dono cognito, ob hanc causā cùm idonei fuerint, ad nuptias, & citius, & maiori solicitudine, de matrimonio iusto, liberis prospiciant, vel ad vitam cælibem sanctè dirigant. 1.Cor.7.1.2.7.36.37.38.

Atq; hæc sunt specialia, quæ communia officia spectant.

Quæ propria spectant, sunt { Patris. Matris. }

Patris officium, est vt liberos sacramento ecclesiæ primo, secundum politeias ordinem constitutum, tempore, modoq; constituto initiari cauet, & tū nomen idoneum imponat. Gen.17.13. Exo.24.25. 26.27. Luc.1.59.60. Act.2.38.39. Act.8.36. *inter se comparatis.*

Matris proprium officium est vt τεκνογονίας molestias omnes alacriter subeat constanterq; ferat in finem. 1.Tim.2.15.

Atq; hæc sunt hoc loco specialia parentum officia: Specialia ipsorum vt sunt domini & dominæ sequuntur.

Sunt

Sunt autem { Communia. / Propria. }

Communia sunt vt sint erga

seruos { Επιείκεις. / Boni. } 1.Pet.2.18.

Επιείκες, vt iustnm & æquabilitatem seruis exhibeant.Col.4. 1.

Boni vt etiam ipsorum diligentiam, studium, *pietatem*, liberaliter & plena manu remunerent. *Ibid.*

Atq; hæc sunt administrantiũ in sua administratione officia:

Quæ omnia officia rectè in fine, i. morte pro sanctio tanquã ornamento precioso apud omnes decernũtur.

Hoc autem est, vt familiæ præcepta dent.Esa.38.1.

Sunt autem duplicia: { De commodorum dispositione. / De sanctitate. }

Gen.49.30.1.Reg.2.1.2.3.4.9.

De commodorũ dispositione, vt in posterorũ pacẽ & ea ad eum quẽ præscribit ordinẽ disponant. *Ibid.*

De sanctitate, qualia præcepta etiã de religione, de *iustitia* & integritate, in vocationib. particularibus, de pace, de ordine, hortationes graues, & vehementes, vnâ cum precibus pro ipsis & ecclesia conceptis, concitari debent.Esa.38.1. 1.Reg.2.1.2.3.9.Gen.49.30.

Atq; hæc sunt de οικονομίας *prima parte specialia:*
Sequuntur de secunda, quæ est de οικοιῶν *officijs.*

Hîc autem specialia sunt

vel de { Ijs quæ omnibus communia sunt. / Proprijs οικειῶν officijs. }

Ea

Ea quæ omnibus communia sunt,

sunt erga { Administros. Alios. } 1.Tim.3.1.6.

Erga administros specialia

sunt { Quæ debitam subiectionem spectant. Quæ adiumentum quod administris debetur spectant. } Luc.2.51. Gen.37.2.

Quæ debitam subiectionem

spectant sunt { Primò quæ reuerẽtiam debitam ijs signis & indicijs quæ ipsis fuerint imposita præstent.1.Tim.6.2.Tit.2.9. 1.Pet.2.18. Secundò vt repræhensiones castigationesq; patienter & lætè ferant.Prou.4.1.Num.12.14. }

Adiumentum quod debetur, est vt ea quæ mutuis admonitionibus emendari non possunt, vel eorum admonitioni non subijciantur, manifesta faciant administris. Gen.37.2.

Erga alios specialia sunt

erga { Se. Alios. } 1.Tim.3.6.

Erga se, vt cum pace & aliorum pro alijs cura sancta, æqualem siue domesticam prout constituta est conditionem ex æquo ferant. Gene.45.24.

Erga alios qui non sunt eiusdem familiæ curandũ est, vt familiæ laude officia sua erga omnes communia & specialia præstant.

Atq; hæc sunt inferiorum erga administros officia.

Hi inferio- { Liberi. }
res sunt { Serui. }

Liberi etiam parentibus qui ex nuptijs secundis fiunt, officia sua sollicitè vt proprijs præstant. Mica. 7. 6. Ruth. 3. 5.

Sunt autem { Quæ subiectionem suam & propriā obedientiā } spectant.
{ Quæ compensationem }

Quod primum { Commune. }
spectat est { Particulare. }

Commune vt illam obedientiam & reuerentiam ad exitum præstant; ita tamen, vt maiorem adhibeant libertatem, cum ea parentum consensu ob ætatem maturam donati sunt. Num. 30. 4. Gene. 24. 51. 55.

Particulare est, vt nulla vota Deo, nec de nuptijs promissa, rata habeant, sine illorum consensu. Num. 30. 4. 5. 13.

Quæ compensationem spectant, & ipsos suosq; consanguineos propinquos & domesticos pro virili sustentant. 1. Tim. 5. 4. Mat. 15. 4. Gen. 47. 12.

Seruorum officium est, vt in omnibus legitimis, etiam ijs quæ grauiora & indigniora videntur, dominis se præbeant εὐαρέστους. Coloss. 3. 22. Tit. 2. 9. Luc. 17. 7. 8. 9.

Ad hoc autem præstandum

requi- { Diligentia. } Tit. 2. 9.
runtur { Fides. }

Diligentia sancta seruorum est, vt ex animo vt do-

mino

minio Christo, labore, solicitudine, precibus, omnibusq; *medijs* iustis munera sua impleant. Col.3.22. Eph.6.5. Gen.24.9.

Fides est, vt totis viribus dominiorum commodum & bonum quærant, & iustè præstant. Genes. 31.38.39.40.

Atq; hæc sunt specialia de Οικονομία.
Sequuntur de politeia ciuili.

Leges speciales de republica administrãda sunt leges de iure reipub. 1. Sam. 10.25. *De specialibus in politeia ciuili. cap.13.*

Hæ leges sunt { Communes. Speciales. } Deut.17.23.4.5.6.& 15.16.17.

Communes sunt, quæ communes sunt ex dei cõstitutione cuiq; reipublicæ speciei.

Hæ sunt rursus de { Communibus reipublicæ partibus. Singulis partibus. }

De communibus reipublicæ partibus leges sunt, vt sint { Deo fœderati. Reipublicæ fœderati. } Deu.17.15.16.1.Sam 10.25. 1. Chro.11.3. 2.Reg.11.17.& 12. 2.Chro.23.3. 2.Reg.23.3. Deut.29. 30.31.& 31.26.Ios.5.& 24.1.Sam.12.16.17.22.23.24.25. 27. 2.Reg.11.2.Chro.23.16. 2.Reg.23.2.Chro.6.11. 1. Reg.2.4.& 1.6.12. 2.Chro.6.16.& 7.17.

Quare duplici fœdere tenentur omnes reipub. partes communes & publicæ, i. omnes imperij consortes, qui rempublicam siue populum repræsentãt: 1.Sam.5.1.Chro.27.& 28.1.Chro.13.&c.

Forma communis vtriusque fœderis, est vt vniuersim, & sigillatim, rei stipulationes teneantur.

Vniuersim, vt omnes coniunctim fidem præstẽt.

Deut.7.6.& 14.2.& 11.29. Iof.24.& 5.24.Iudic.19.20. Iof.22.

Sigillatim, vt finguli pro fua affignata prouincia, fidem præftent.Iof.24. 1.2.14.15. 1.Chro.13.2.Reg.11. 17.18.19.& 23.3.& 2.

Huic formæ adiuncta funt in teftimoniũ iuramenta folemnia, & momenta. Vt Iofu. 24. 27. 28.&c.

Fœdus hic duplex eft { Inter Deum & reipublicæ partes communes. / Inter fe. } 1. Sã.12. 1.16. 17. 1.Chro. 27.& 28. 2.Reg.11.17.18.19.& 23.3.&c.

Inter Deum & rempublicam, vt fint populus Dei, cultumq; mandatum in ftatutis & iudicijs fuis, fideliter præftent, præftariq; curent fedulò: qui fecus fecerit, fiue magnus, fiue paruus, fiue vir, fiue fœmina, morte plectetur. *Ibid.*2.Chro.15.13.14. &c.Nehe.10.1.2.3.4.5.&c.

Inter fe fœdus eft, vt omnes iuftè & fecundum reipublicæ leges gubernarent, quas fi peffundarent è medio tollantur.*Ibid.*

Atq; hæ funt leges de communibus reipublicæ partibus.

De fingulis partibus funt de { Adminiftrantibus. / Subditis. } Deute.17. 3. 4. 5. 6. 16.17. 18.

De adminiftrantibus leges funt

de { Alijs ipforum adiunctis. / Munere. } Deute.16. 17. 18.19 20.

De adiunctis leges sunt, quæ

spectant { Numerum. / Vocationem ipsorum. } *Ibid.*

De numero lex est, vt in singulis portis, i. conuentuum publicorum locis omnibus idoneis, indices & moderatores constituantur. Deute. 16. 17 .18. 2. Chron.19. 15. Perpetua & communis est ex perpetua & communi æquitate.1. Pet.2.13.14. *cum* Exod.18.21.22.

Vocationem spectant leges de { Forma. / Examinatione. }

Forma libera, est prout reipublicæ visum fuerit commodum, modò communes ἐυταξίας leges nō violentur. Deut.16.17.& 1.2.Chro.19.

De examinatione leges sunt, de { Sufficientia speciali. / Specialibus ornamentis. } Exo.18.21.

Sufficientia specialis, est vt sint viri ad administrandum cogniti sapientes. Deut.1.15.

Specialibus ornamentis, vt sint { Veraces, turpe lucrum neq; ex mercede, neq; ex oppress. sectãtes. / Vt sint magnanimi & in timore domini & iustitiæ negotio strenui. } *Ibid.*

Atq; hæc sunt leges de administrantium adiunctis: Sequuntur de munere ipsorum.

Munus ipsorum est, vt *iustitiæ* leges, siue ciuiles rectè administrent. Deut.1.17.& 16.19.Exod.23.6.

Iustitiæ reipublicæ leges, quæ non sunt ad homi-

 num

minum ſapientiam in corrupta conditione mutabiles diuinæ ſunt, & proinde conſcientias aſtringunt etiam cùm ciuiles ſint,& adminiſtrantium authoritate in ſua ditione ſtabilitæ.Cùm autem mutari poſſunt ab ijs qui legum poteſtate condendarum prædi-ti ſunt, humanæ ſunt, nec conſcientiam aſtringunt, quod ad ipſas leges atttinet;contemptus tamen earũ quatenus à iuſta authoritate proficiſcantur & neglectus ad ſcandalum publicum etiam coram Deo grauiſſima ſunt peccata.

Hæ leges adminiſtrandæ ſunt cum
- *Pietate.*
- *Iuſtitia* ſumma & accuratè.

2.Sam.23.9.10.11.12.13.

Ad pietatẽ quæ hîc requiruntur, ſunt vt
- Per miniſtros Politeias diuinæ, cùm opus ſit, in magnis negotijs, vtpote in gratiarum actionibus & Ieiunio publico, hortationes publicè fiant,iuris diuini interpretationes ſolidæ reddantur.1.Sam.8.9.10.
- Per ſe, preces, hortationeſque piæ perſundantur pro rei vrgente neceſſitate. 1. Chron. 20. 13. 1. Reg. 21. 7. 8. 9. 10. 11. &c. 2. Chron. 20. 6. 7. 8. 9. 14. 15. 16. 17. 18. 20. 1. Samu. 7. 9. 5. 6. &c.

Iuſtitia ſumma eſt, vt ius abſque iuris vel minima remiſſione adminiſtrent. Deute. 1. 16. & 16.18.

Eius

Eius membra ſunt { Iudicium iuſtum. / Iuſta executio. } Eccle.3.

Iudicium iuſtum, vt ſentẽtia iuſta ſine mora pronuncietur. *Ibid.*

Iuſta executio, vt ſententia lata ſine mora executioni mandetur.

Atq; hæc eſt communis iudicandi ratio, ſi autẽ minoribus iudicibus res difficilior fuerit, ea ſi ex iure diuino pendeat, eius interpretibus quod ad cognitionẽ iuris attinet, de cætero autem ſummis iudicibus, quibuſcunque in republica conſtitutis, referenda eſt. Deut.17.7.8.9.10.11.Deut.1.17.Exo.18.13.19.20.25.Num.11.16.17.& 14.25.

Atq; hæ ſunt harum legum proprietates, & adminiſtratio iuſta.

Species ſequuntur.

Sunt autẽ de rebus { Pacis. / Belli. } Deut. 19.20.21. *cum cap.*20.

Leges de rebus pacis, ſunt vel { Quæ adminiſtrantium officij partes definiunt. / Quæ ſunt adminiſtrationis regulæ. }

Deut.17.4.5.6.7.14.& 24.16.17.& 25.1.2.3.4.

Quæ adminiſtrantium officij partes definiunt, ſunt erga { Suorum ſubditos. / Aliorum ſubditos in bonum commune, primum ſuorum, tum aliorum. }

2.Chro.11.& 15.

Erga ſuorum ſubditos officia definientes leges,

sunt in { Republica constituenda, siue labefactata recuperanda. Republica constituta. } 1.Sam.9. 1.6.7.8.9. 10.1.Reg. 3.& 4.& 6.2. 2.Chro.3.6.7.

Ad vtrumq; leges sunt,

tum { De *politeia diuina*, quatenus ad magistratum pertinet. De *Ciuili*. } Deut.31, 9.2.Chro. 17.

De *politeia diuina* constituenda, & instauranda, consilia & facta omnia, tum in extraordinarijs, tum ordinarijs consilijs, & actionibus, prima esse debent, & natura & tempore. 2. Reg.11. 14.15.16. 17.&c.1. Chro.27.

Quæ autem nobis viuentibus non possunt fieri; ad ea tamen via sedulò sternenda est. 1.Chron.22.

Hoc autem officium est duplex:

Primum, vt doctrina veritatis per vniuersam ditionem, per ministros eius omnibus subditis publicata, ad Deum adducantur. 1.Chro.16. Secundum, vt ordo â Deo institutus, ad ipsius præscriptum publica authoritate constituatur. 2. Chron. 17. & 30.

Hic autem, qui primò omnia non possunt ad ordinariam ἐυταξίαν perduci, quædam extraordinaria agenda sunt; ita tamen vt quàm minimè potest, ab ordinaria deflectatur, & ad eam omnia collimanda sunt. 1.Chro.13.

In constituta, officium etiam duplex est:

Primum, vt quæ Dei sunt per diuinæ *politeias* ministros, tantum administrent, & eorum rectè fa-

cta

cta consilio,,præsentiaq; cùm opus sit promoueant, authoritate muniant.1.Chro.17. & 28.*fine*.

Quare etiam peregrini,nondum ad veram religionem adducti, ad confusionem vitandam ex ipsius authoritate, (quod ad externam viuendi rationem attinet)vt ecclesiæ *politeia* se conforment cogendi sunt.Exod.12.19.

Secundum,vt si quid secus quàm oportebat factum fuerit, ad ea quæ sunt ad Dei præscriptum,statuenda,cogat.

De repub.constituenda officium,vt remp.omnibus suis bonis confirmet.

Reipub. bona sunt	Leges bonæ & salubres. Alia firmamenta.	2.Chro.cap. 11.

Alia firmaméta	Personæ. Res.

Personæ,tum ad bellum, tum ad pacem,vt moderatores,duces,milites,artifices. Esa.2. 1.2.7.constituendæ: quæ verò pericula creant reipub.prudenter & iustè tollendæ.1.Reg.2,22.47.

Res,	Communes,vt comeatus,Thesaurus publicus,& huiusmodi.		1.Chro. 27. 2. Chron. 14. 6. 7.
	Ad bellum	Munitiones. Arma.	

&c. 2.Sam.9.1.Reg.4.1.2.3.

Ad rempublicam his bonis constituendam, hoc inprimis sedulò cauendum , vt ne populi recensiones, nisi ob causas idoneas ecclesiasticas & ciuiles, faciant : néue grauissima reipublicæ negotia sine publico omnium ordinum conuentu

 transi-

tranſigant. 2.Sam.24.2.3.4.5.1.Chro.25.1.& 1. Chro. 28.1.Hhezr.10.5.7.

De repub.conſtitua adminiſtranda officium eſt, vt maturo conſilio, omnia hæc ad bonum publicum adminiſtrentur. *Ibid.*

Publica autem onera quàm poſſit pauciſſima & minima ſunto. 1.Reg.12.4. 1.Sam.8.9.10.11.12.13.14. &c.Deut.17.16.17.18.

Atq; hæ ſunt officij partes in ſuos:

In aliorũ ſubditos officium {
- Primum, vt religionis gratia, ſiue tyrannidis vitandæ cauſa ſugientes & in ipſorum ditionem, ſe recipientes, recipiant & foueant. Deute. 23.15.2.Chro.11. 2.Chro.15.
- Secundum eſt, vt ſiue tyrannide, ſiue ob religionem veram oppreſſos vindicet in libertatem, etiam cunctantes alliciant & adigant ad veram religionem. 2.Chro.31.& 23. 15.16.17.& 34.6.& 35.

}

Atque hæc de legibus officiorum partes definientibus.

Leges per quas debent in pace adminiſtrare, ſunt vel de { Perſonis. / Malorum coërcione. }

De perſonis leges ſunt { Liberis. / Seruis. }

Liberi ſunt ingenui, quorum numerus quã maximus quærendus & hac conditione præcipuè optãda. 1.Cor.7. Quare nõ vtenti cùm poſſit, publica aliqua igno-

ignominiæ nota inuratur. Exod. 21.6. Deut. 15.16 17.

De personis liberis leges hæreditatem spectant, & eorum dispensationem. Num. 27.

Lex autem communis, est ad naturæ æquitatem perpetuam præscripta, vt hæredes sint { primò liberi. / postea propinqui.

Ex liberis etiam { primò, filij. / postea, filiæ.

Ex propinquis { primò: propinquioribus. / tum, remotioribus.

Propinquioribus, primo, in æquali linea, fratribus: postea, in inæquali, patruis. Nũ. 27.8.9.10.11.12.

Seruorum conditio, quantum potest fugienda est, tamen pro illegitima non est habenda. 1. Cor. 7. Exod. 21.6. 1. Tim. 5.1.2.3.

Eius leges sunt { de *medijs* quibus serui fiant. / de dominorum & ipsorum iure.

Media sunt { libera. / coacta. } Exod. 21.7. Deut. 15.12.

Libera, cùm quis se & suos in seruos vendiderit. Exod. 21.2.7.

Coacta, cùm serui fiant { pace ob pœnam vtpote furti. Exod. 22, 3. / bello, cùm captiui, non redempti pro seruis habeantur.

Leges de dominorum & ipsorum iure, sunt { communes vtriusq; sexus. / propriæ alterius.
Exod. 21.6.7.8.

Communes de iure domini sunt, vt seruitutem exigat serui & suorum. Exod. 21.4. Col. 3.1.2. 1. Tim. 6.1.

6.1.2.3. Quare, si virga percutiat seruum, & intra diem non moriatur, ita vt correctione tantum vsus videatur dura, non vitam quæsisse (quia pecunia, id est, emptionis precium vltro perdidit:) ne vindicetur. Exod. 21. 20. 21. *ex ratione legis quæ perpetua est*. Legem etiam perpetuam esse apparet: nam pecunia eius est.

De iure serui lex est, vt si crudeliter & iniquè cum ipso agatur, ita vt membro aliquo, vtpote, oculo, dente &c. priuetur, in libertatem dimittetur. Exod. 21.26. Col. 4.12. Nam sub euangelio non est minuenda communis libertas.

Propria lex vnica tantum est de ancilla, quæ quia nō potest capite carere, & iustum est, vt honestati ipsius consulatur; postquam è patria potestate in domini familiam transieret, cùm nuptiarum fuerit tempus opportunum, vel ipse in vxorem accipiat, vel filio collocet more ingenuarum filiarum, vel redimendi potestatem faciat. Horum trium si nullum fecerit, tum gratis absq; pecunia exeat ancilla. Exod. 21.7.8.9.10.11. *Hæc lex quia commune ius & honestatem perpetuam imperat, est etiam perpetua.*

Atq; hæ sunt de personis leges: Sequuntur de malorum coërcione.

Leges autem sunt { communes. / speciales. }

Deut. 24.16.17. & 17.5.6.7. & 19.14.15.16.

Communes sunt quæ communia iudicia cuiq; præcipiunt. *ibid.*

Sunt

Sunt de ijs quæ iudicium { præcedere debent. / sequuntur.

Quæ præcedunt, sunt leges de { examine. / certa cognitione. } *ibid.*

Examen accuratũ, ex suspitionibus & iudicijs omnibus, vndiq; & legitime quæsitis, præcipitur. Deu. 13.14.& 17.4.& 19.18.

Huc etiam ex sapientia quæ est ad exercendũ iudicium pertinent stratagemata & minæ. 1.Reg.3. Pro.16.10.

De certa cognitione leges sunt, quæ præcipiunt, vt sententiam dicant, cùm ex medijs sequentibus res manifesta fuerit. *ex præced.*

Hæc autem media sunt vel ad sententiam { condemnationis / absolutionis } firmdam. Exod.22.7.8.

Ad condemnationis sententiã firmandam requiritur

vel {

Rei confessio iusta & libera, neq; ex terrore expressa, nisi certis circumstantijs confirmata. 1.Sam.1,2.3.16. 2.Sam.4.9.10. Ioh, 7.20.

Testimonium duorum vel trium, crimen factum asserentium. Deut.19. 15. & 17. 6. 2. Cor. Excipe si in rempublicam coniurationis reus ex certis inditijs & signis fuerit conuictus. Nam tum etiam sine testimonio huiusmodi, sententiam dicere licet: alijs summis & manifestis periculis obuiam ire, iudices non possunt. 1.Reg. 2.23.& Pro.16,10.

}

Ad

Ad absolutionis sententiam dicendam sufficit, si ex medijs præcedentibus innocens deprehenditur. Deut.19.15. Excipe si res iustè ab aliquo petatur,nec testimonio alio quocunq; se purgare possit, tum iuramento coram magistratu se purgabit. Exod.22.7.8. 10.11. *Hæc æquitas perpetua est, quare etiã lex.*

Quæ iudicium sequuntur leges sunt quæ executioni subseruiunt.

Sunt duæ.

Prima vt personæ pro personis non recipiantur, sed rei ipsi puniantur.Deut.24.16.

Secunda vt testes sint ad pœnam inferendam primi,quia ipsi iudicij sententiæ fundamentum sternunt.Deut.17.7.Zach.13.3.

Atq; hæ sunt communes illæ leges.

Speciales sunt, quæ pro peccatorum differentia perpetua, perpetuam remunerationem etiam quod ad genera pœnarum attinet,definiunt. Nam si vnius generis peccatum circumstantijs ita auctum fuerit,vt ad alterius fines accesserit,pœnæ etiam genus mutari possit, pro æquitatis norma,ex administrantium prudentia. Exod.22.1.2.3. 2.Sam.12.6.

Hæ leges sunt quæ { in personam ipsam infligunt pœnam. / in personæ adiuncta. }

Hesr.8.26.

Quæ in personæ adiunctæ pœnam infligunt vel { mortem infligunt. / aliam pœnam. }

Exod.21.24.25.Leu.24.19.20.

Quæ mortem infligunt,prout peccatum, vel sua natura

natura, vel circumstantijs auctum fuerit, etiam genus mortis augeri, & alijs poenarum generibus commisceri posse. Deut.22.20.21. Leu.21.9. Dan.3.29. 1.Reg.21.15.

His legibus punienda sunt:
- Primo, & maioribus poenis, siue in vtramq; tabulam, siue primam tantum, quæ grauiss. scelera committuntur. 1.Reg.21.9.10.11.12.13.14.
- Deinde, quæ in secundam. Leu.24.15.16. Exod.21.15. Leu.24.15.16.17.

Quæ prioris sunt generis:
- Grauiora & morte acerbiore plectenda; vtpote lapidatione, vel prout ex circumstantijs constitutum fuerit.
- Leuiora, & morte mitiore plectenda.

Exod.22.18.19.20.

Grauiora sunt contra:
- diuersa capita.
- vnum caput.

Contra diuersa capita, vt primum & secundnm, qui offert alijs dijs præterquam Iehouæ. Num.20.1.2.3. Nec Iehouam colit. Exod.15. Qui alios ad hoc incitat. Deut.13.8.9.10.11. grauiori morte plectendi. Ciuitas autem si fecerit, omnes ciues & bestiæ morte afficiendi, bona etiam igne cremanda. Deut.13.14.

14.15.16.17. Excipe si hæc facta fuerit ante fœdus cum Deo ictum, siue pietatis doctrinam professam, vel si in generali defectione populi factum fuerit: quod ἀναλογως de reliquis omnibus intelligendum. 1. Sam. 7.2.3.4. 1. Reg. 18.39.40. &c. 2. Reg. 23.9. Ezech. 48. 11. Hanc autem legem (quoad mortem grauiorem) non huic populo peculiarem, sed communem & immutabilem esse apparet *ex Iob*. 31. 28. *cum vers*. 11. 12. *per comparat. minoris & maioris cum sequentibus.*

Contra vnum caput, { Primum contra capita de *medijs*. / Contra Sabbatum. }

Contra capita de *medijs* sunt { Contra primum, de *medijs* ipsis. / Contra Secundum, de eorum vsu. }

Contra primum de *medijs* ipsis { Generale. / Speciale. }

Generale, cum admissum non per ignorantiam, sed elata manu eodem modo puniatur. Num. 15.30 33.34. *perpetua & communis, per comparat. ex præced. & sequent.*

Contra secundum, de eorum vsu, est lex blasphemiam nomen Dei transfigentem, acerbiore morte plectendi. Leuit. 25. 10. 11. 12. 15. 16. *communis & immutabilis. ex Dan*. 3. 29. *& ratione eius.*

Specialia

Specialia sunt:

Primò, qui sit præstigiator, diuinus, habens pythonem, augur, Maleficus. Leu.19.26.27. Exod.22.18. *communis & perpetua, ex Deut.* 18.9.19. *& compar. seq.*

Secundò, qui superbè verbum dei, eiusq; partem vllam spernit, per prophetas ordinarios vel extraordinarios, propositũ, vt in hæresi. De.18.18.& 17.12. *communis & perpetua etiam.* Act. 3.22. Heb.12.25. multò magis qui falsa in nomine Dei, vel falsũ Deũ docuerint. Deu.18.20.& 13.5. Zach.13.3.

Contra Sabbatum lex, qui illud elata manu grauiùs & externè violauerit. Exo.31.14.15. *cum* Num. 15.28. 29. 30. *communis & perpetua. Ex præcedent.*

Leuiora, vt qui ob causam non idoneam scienter & prudenter sigilla fœderis Dei prorsus neglexerit. Num. 9. 12. 13. 14. *communis & perpetua ex Gen.*17.13.14.

Atq; hæc de ijs quæ ad primam sanctitatis *partem pertinent, id est,* pietatem *dictam: Sequitur de peccatis contra* iustitiæ *partes.*

In hanc partem peccata pœnam mortis adiunctam habent { Grauioris. / Leuioris.

Grauioris, { Primò. / Secundò.

Primò, in peccata quæ in eos quibus specialiter deuincti sint, cõmittuntur: vt si quis patriã potestatẽ

prorsus

prorsus contempserit mulierem & matrem eius, vel fratrem vxoris nupserit: aut si filia in domo patris scortata fuerit, (quæ si sacerdotis erit, grauiore mortis genere plectenda erit. Leu. 21.9.) vt in magistratum hæc vel alia commiserit omnes morte sunt plectendi. Deut. 21.18.21. Leu. 20.11.18. 1. Reg. 21.15. Deut. 12.15.16. & 17. *commune & immutabile hoc iudicium expressè confirmatur*. Leu. 20.22. *cum* Leu. 18.26.27. &c.

Secundo, in peccata, quæ in castitatem admittuntur, si adulterium fuerit, siue inter vtrumq;, vel alterutrum connubio coniunctum, siue desposatum tantum, grauiore morte plectentur: excipe si mulier fuerit in loco huiusmodi, quo clamans, & exaudiri nequibat, tum ipsa mulier liberabitur. Leu. 25.26. 27. & quæcunq; his fuerint grauiora. *Hanc legem communem & perpetuam esse apparet*. Leu. 20. 22. Iob. 31.11. Gen. 26.11. & 38.24. Pro. 5.22.23.24. &c.

Peccata, quæ pœnam mortis leuioris adiunctam habent, sunt etiam { Primo. / Secundo.

Primo, contra eos quibus specialiter deuinciuntur, vt si quis percusserit, vel maledixerit patrem vel matrem. Leu. 20.9. Exod. 21.15. & 21.17. *communem & perpetuam esse apparet*, ex Leu. 20.22. *cum* 9. ver. & Pro. 30.17.

Secundo, contra omnes & communia iustitiæ capita.

Quod duplex etiam est { Primùm contra personas. / Secundo contra adiuncta personæ.

Contra personas lex est, vt omne homicidium

morte

morte mulcetur. Exod.22.12.etiam si contendendo, ex improuiso alium quàm cum quo litem miscuit interfecerit. etiam mulierem, vel in ea fætum eius Exod. 21. 22.23. Porrò si bestia hominis hominem occiderit, & petulcum fuisse agnouerit, homo prius moriatur. Exod. 21.28.32. A communi lege excipe, si homicidium non fuerit voluntarium, tum enim publico iudicio (aliqua tamen poena) morte liberabitur ex æquitate legis. Exod. 21. 28. 32. Sin prorsus latet author homicidij, tum omnes seniores per ministrum palàm profiteantur, se nec sanguinem effudisse, nec effundentem vidisse, & Deum precentur, vt expiet per Christum populum suum quem redemit, & non imponat ei reatum sanguinis innoxij. Deut. 21. 1.5. 6. 7. 8. *perpetua est ex ratione vers.9. Homicidij legem communem esse & immutabilem ex rationibus*. Num.35.33. 34. *ex* Gen. 9. & Mat.26.

Secundo, contra adiuncta personæ sunt leges contra { Præcipua. / Minus præcipua.

Præcipua adiuncta { Castitas. / Alicuius persona.

Castitas, vt omnia peccata in illud caput, non maiora præcedentibus, & simplicem fornicationem excedentia, morte communi puniantur.

Alicuius persona, vt Plagiarius siue vendiderit hominem, siue deprehensus fuerit in manu eius. *perpetua ex ratione*.Deut.24.27.Exod.21.16.

Minus præcipuum, vt qui falso testimonio vitam alterius petierit, ipse moriatur. *ex ratione perpetua.*

petua.Deut.19.20.

Atq; hæ sunt leges mortis pœnam definientes.

Quæ aliam definiant in personam, sunt de { Delictis in vtramq; tabulam. / In iusticiam tantum.

Leges de delictis in vtramq; tabulam sunt, vt flagitiosa morte non damnanda sed punienda, tamen facientes flagris coërcentur. *Communem & perpetuam esse apparet* ex Deut.25.2.3.& ex Zach.5.6.& Hes.*primo*.

De delictis in Iustitiam, tantum primum, lex talionis, vt quacunq; atroci iniuria personam alicuius affecerit quis, ea rursus afficiatur: manus pro manu, dens pro dente. Exod.21.24.25.Leu.24.20.& Deu.19.19. *communis & perpetua est* ex Leu.24.17 .*cum lege de homicidio comparata & rationibus quibus eam perpetuam & communē esse probatur*. Secundò pro scortatione, & huiusmodi sceleribus, quæ flagris, vel membrorum amputatione punienda sunt: vt si concertātibus inter se, viro cum fratre suo, accedat vxor viri alterius ad eripiendum maritum suū è manu percutientis, & extendens manum suam apprehendat pudenda eius. Deut.25.11.Leu.19.22.

Atq; hæ sunt leges, quæ pœnam in personam hominis infligunt: Sequuntur quæ in personæ adiunctis eam statuunt.

Sunt autem quæ pœnam designant, in peccata contra { Personam. / Adiuncta personæ.

Contra personam autē qui peccauerit, vel ex contentione percusserit: cessationem eius & plenam curationem

rationem præſtato. Exod.21.19. *ex communi iure lex eſt perpetua.* Si mulierem aut quemuis,ex improuiſo,percuſſerit,vnde nec perſonæ nec partis exitium ſequatur: prout maritus ſiue is ſub cuius poteſtate fuerit,impoſuerit,per iudices dato. Exod.21. 22.*ex lege ſimili.*

In adiuncta perſonæ
- Vtpote caſtitatem, ſi quis virginem pellexerit & vitiauerit eam,nubat ad voluntatem patris, aliâs puniatur mulcta a iudicibus irrogatur. Exod.22.15. 16.Deut.22.28.29.
- Siue
  - Bona.
  - Famam.

In bona peccata ſunt
- Voluntaria.
- Non voluntaria.

Voluntaria: Primò furtum,quod aut quadruplũ reſtituat aut vendatur.Exo.22.1.4. Etiamſi depoſitum fuerit quod furto ſit ablatũ. Exo.22.7.12.Secundò,ſi quis beſtijs vineam & prata læſerit, vel quamcunq; læſionem præſtet.

Peccata non voluntaria ſunt,vel
- Negligentia vel
  - Si fouea operta fuerit, reſtituat plenè.Exo.21.33.34.
  - Si beſtia ſacta ſuerit, iniuriam reſtituat;Si autem periculum cognouerit,augeatur pœna. Exod.21.35.36.
- Quaſi caſu vt igne accenſo qui exuperit in res alias.Exod.22.6.

In famam,vt ſi quis de vxore famam malam proferat,a iudicibus caſtigetur,& mulctam dent puellæ

patri. Deut. 22. 13. 19. & *ex huius analogia* etiam alijs mulcta huiusmodi satisfaciat.

Atq; hæ sunt leges de pace: quæ maxima ex parte bello etiam communia sunt: Sequuntur de bello propria.

Sunt autem leges illæ de
- causis iustis belli.
- ijs quæ bellum spectant.

2. Chron. 13. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 2. Reg. 14. 18. 19. 20.

Causæ iustæ belli sunt quæ a
- Suis
- Ab alijs

proficiscuntur.

A suis iustæ causæ sunt,
- vt Dei cultum asserant, contra omnes inimicos domesticos & exteros. 2. Chro. 13. 6. 7. 8. 2. Reg. 14. 18. 19. 20. Neh. 4. 1. 2. 3. 4. Ios. 22.
- vt regnum, subditos, & quæ sunt eorum vel tueantur, vel rursus vi recuperét. 1. Sam. 8. Iudic. 19. 29.

Ab alijs iustæ causæ proficiscuntur,
- Si exteri ob veram religionem opprimantur, vt hos seruant & vendicent. 2. Chron. 30. 6. 7.
- Si etiam seruos Dei tyrannide opprimant, vt ipsos liberent. Iud. 4. 5. & 1. & 5. 2. 9. & 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. Gen. 14. 14. 15. 16. 17.

Leges de ijs quæ ad bellum spectant, sunt
- De apparatu siue de ijs quæ bellum præeunt.
- De apparatu sequenti
  - In bello.
  - In
    - victoria.
    - fuga.

Deut. 20. 2. 3. 4. 5. 8. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 19. 20.

In

In apparatu ad bellum, imparatorum, ſiue moderatorum populi duo ſunt officia,
- Primum quod per alios præſtent.
- Secundum quod per ſeipſos.

Deut. 20.2.5.

Quod per alios præſtent eſt per miniſtros politeias diuinæ, vt ipſi populum hortentur, vt forti ſint animo, ſine timore hoſtium, etiamſi multi & magni ſint, propoſita Dei præſentia cum ipſis in iuſta cauſa. Deut.20.2.3.4. *ex eadem neceſſitate perpetua lex etiam ſua æquitate eſt perpetua.* 2.Chron.13.12.13.

Quod per ipſos præſtanda ſunt, eſt
- Militum dilectus.
- Vt ordines militares conſtituant.

Deut. 20. 5. 9.

Dilectus militum (cum fieri poteſt) eſt, vt non recipiunt
- Timidos, & ad bellum ineptos.
- Neq; qui domuũ, vinearum, vxorum, fructũ, adhuc non percepiſſent, ne omnino eis fraudentur.

ibid.

Ordines militares conſtituendi ſunt, pro rerum iuſta ocaſione; primo princeps militiæ; poſtea reliqui chiliarchi, econtarchi, pentecontarci, decatarchi. 2. Reg. 1. & 22. & 19. 2.Reg. 4. 1.Chron. 12. & 24. 2.Chron.18. & Num.31. 2.Sam.23. 1.Sam.8. & 18. 1. Chron. 25. Hi omnes & quicunq; neceſſarij cum apparatu ſuo.

Atq; hæc de legibus quæ bellicum apparatum præcipiunt.

Quæ vero officia in bello definiunt { De imperatoris siue militiæ principis officio. / De reliquorum officio.

1.Chron.13.12.15.

Principis militaris officium duplex est { Erga hostes. / Erga suos.

Erga hostes (si fieri possit) æquis conditionibus pacem proclamat, vel per se, vel legatos.

Legati sunt nuntij imperatoris, qui etiam in bello non sunt malo afficiendi, sed fides gentium, sine vlla perfidia seruanda est. Si tamen suspitio in his vel in alijs negotijs aborta fuerit, obsides recipiendi sũt idonei. 2.Chro.13.5.6.7.8.9.&c. Deut.20.10.

Erga suos officium est duplex, { Quod ad exercitum animandum spectat. / Quod ad bellũ gerẽdum spectat.

1.Sam.10.9.10.11.12. 2.Chro.20.16.17.18.19.

Ad primum officiũ est, vt { Hortationes, tum ex Dei potẽtia, & præsentia; tum ex causæ necessitate; vtpote quod pro Dei cultu diuino, ciuitatibus Dei, vxoribus, liberis pugnent; tum ex virtutis præmijs, tum communibus, tum specialibus. / Preces Deo fundent sanctas & ardentes.

2.Sam.10.11.12.13. 2.Chro.14.11. 2.Chro.20.8.9.10.11.

Ad bellum gerendũ acies instruere debet { tum ad impetum faciendum. / tum ad stratagemata. } Ios. 8.1.2.

Stratagema-

Stratagemata sunt iustæ in bello insidiæ,& simulationes, quæ tamen perfidia & mendacio prorsus immunes esse debent. Ios.8.4.5.6.7.8.

Aliorum officiũ, vt Deo nixi, ipsumq; inter pugnandũ inuocatis fortiter, alacriter, constãterq; officio quoq; suo fungantur. Deut.20.3.4 5.

In victora officia sun
- Erga captiuos vt (nisi iusta causa obsuit) illorum scz. in Deum impietas & in homines iniustitia vitæ consulant, præcipuè fœminarum, deinde vt vel in seruitutem redigant vel tributarios, prout necessarium fuerit constituant. Deut.20.10.11.12. 13, vel redemptionis pretium accipiendm.
- Erga suos
  - Publicum bonum respiciendũ, & quæ conseruari possunt, in bonum publicum debent absq; labefactatione conseruari. Deut.20.19.20.
  - Postea, præda diuidenda ad iustitiæ normã, vt omnes pro suo officio & merito etiam qui ad impedimenta restiterũt, partibus suis potiuntur. 1.Sam.30.23.24.

In fuga officium est, omnibus quibus possit medijs, sibi suisq; prospiciat. 1.Sam.15.24.25.26.27. & 16.

Atq; hæc de legibus administrantium officia definientibus: Sequũtur, quæ subditorum officia definiunt.

Subditorum officium definiunt

leges duæ	Prima de personis ipsis. Secunda de bonis personarum.	2.Sam. 11.12

De personis lex est, vt libentissimè pro donorum suorum differentia vocati, in publicis negotijs obeundis, sese libenter impendant. 2.Sam.11.12. De bonis eadem lex est. 2. Sam. 11. 12. vnde libenter

reddenda sunt	Tributum. Vectigal.	Rom.13.7.

Tributum siue φόρος est quod in capita ciuium, aut viritim, aut pro census ratione tribuitur. *ibid.*

Vectigal siue τέλος, quæcunq; alio nomine persoluuntur reipublicæ, vt decumæ, portoria, scriptura, & quæ pro inuectis aut exportatis mercibus soluũtur. Luc. 4.12.13.

Atq; hæc communia sunt: Specialia autem sunt in { pace. bello.

In pace, vt omnibus viribus communi paci studeant, eamq; ornent. Tit.3.1.2.3.4.

In bello, vt fiducia in Deo nixi, alacri animo (huius vitæ negotijs & voluptatibus exuti) ita legitimè certent, vt ςρα]ολογησάντι placeant. 2.Sam.11. 2.Tim.2.4. Deut.20.6.7.8.9.10.11. &c

Atq; hæ sunt leges communes cuiq; politeiæ: *Sequuntur propriæ cuiusq; speciei.*

Sunt autem { Democraticæ. Reliquarum { Monarchiæ. ἀριςαρχίας.

Democraticæ reipublicæ leges sunt paucæ admodum propriæ; illud autem imprimis curandum est,

ne in popularem ἀκαταςασίαν degeneret. Gen.24.7.12.Gen.34.20.21.22.&c.

Αριςαρχίας leges sunt { Communes. / Speciales.

Communis lex est, ne in paucorum factionem degenerent summopore curandum, *ex præcedent. ex sequent. per analogiam.*

Speciales sunt duæ. Iud. 21.5. {

- Prima vt vna, partem vel Dei cultũ euertentem, vel in eum deliquẽtem, vel iustitiam & iudicia peruertentẽ, reuocent, puniant, etiã (si aliter fieri nõ possit) bello. Iud. 20.1.2.3.4.5.6.7.8. Iosch.22. 14.15.16.17.18.19.20.&c.
- Secunda, vt hæc siue alia adiumenta reipublicæ abnuentes afferre, (siquidem pacem recusent) dignis supplicijs afficiant, Iud.8.16.17.18.

Monarchiæ leges propriæ, sunt {

- Communis, ne in tyrannidem vnius euadant maximè curandum. Tyrannus est, qui ius regni euertit & pessundat:
  Est autẽ duplex { Sine titulo tyrannus. / In exercitio tyrannus.
  1.Sam.8.10.18.
- Specialis.

Sine titulo tyrannus est, qui nulla adhuc facta deditione, imperium ad se absq; legitima ratione, vi, dolóue rapit.

Huic quisq; priuatus resistet, etiã si potest è medio tollat,

tollat, donec populus victus, vel respub. oppresso suam in eũ potestatẽ transtulerit. Iud.4.18.19.20.21.22

Exercitio tyrannus est qui consulto, pacta reipub. omnia, vel præcipua pessundat. Hunc tollant vel pacificè vel cum bello, qui ea potestate donati sunt, vt regni Ephori, vel omnium ordinum conuẽtus publicus. 2.Reg.11.4.5.6.7.

Speciales leges sunt, quæ officia administrantium, specie differentium, definiunt. 1.Pet.2.13.14.

De administrantibus leges sunt de	Summo. Inferioribus.	1.Petr.2.13.14.
De summo leges sunt	Tempus præsens Futurum	spectantes.
1.Chro.27.& 28.cap.		
Præsens	Quæ vitam informant. Quæ officium definiunt.	Prou.31. 1.2.3.4.5.6.

Quæ vitam informant, vt temperatè viuat; tum ne supra fratres corde se extollat; tum vt subditos non opprimat. Deut.17.20. Eccle.10.14.

Quæ officiũ definiũt, sunt	Vt ipse, quantũ potest, in sua persona, populi iudicia exerceat iustè, reliqua per idoneos administros. Pro.16.12.13. Pro.31.5.6. Vt foedera erga Deum, & populum, leges & iura regni, fideliter, & sine fuco conseruet, neq; ephoros vt regni socios, siue regis consiliarios in administratione negligat. 2.Reg.11.17.18.19. 1.Sam.10.25. 1.Reg.12.6.7.8.

Quod

Quod tempus futurum spectat, est vt ad reipub. bonum, ex ipsius legibus de successore iusto & idoneo prouideat ante mortẽ suam. 1. Reg. 1. 23. 24. 28. 29. 30. 34. 35. 36. 37. 1. Chro. 22. 20. 1. Chro. 28. 5. 6. 7. 11. 12.

Atq; hæ sunt leges de summo, i. de rege, imperatore, principe, &c.

De inferiorum administrãtium officijs, leges sunt

Primò { De Ephoris, siue regni officiarijs. De prouincialibus, qui aliquã regni partem constituunt. }

De prioribus officium duplex est; Primum, vt regem omnes vel singuli, vel cultum Dei labefactantem, vel ecclesiam, vel rempub. opprimentem, prout necesse est, verbo & rationibus omnibus legitimis ad officium reuocent. Ios. 22. 18. 19. & 24. 15. 1. Sam. 12. 27. 1. Sam. 10. 25. 1. Sam. 14. 46. 1. Sã. 22. 2. 3. 4. 5. 2. Sã. 21. 1. 2. 3. 4. 1. Chro. 21. 16. 2. Reg. 11. 17. *inter se comparatis.*

Secundum, vt ipsi fideliter non modò quæ Regi, sed regno vtilia sunt, consulant, & consulta fortiter in finem vrgeant vt stabiliantur; ipsiq; in omnibus legitimis obtemperent. 2. Sam. 24. 3. 4. 5. 6. & 1. Chro. 21. 1. 2. 3. 16. Eccle. 10. 1. 2. 3. 4.

De prouincialibus lex est, vt in vero cultu suarũ prouinciarum siue ciuitatum ciues pro virili cõtineant, & ne opprimantur tyrannide prædicta ratione prouideant. Ios. 24. 15. 2. Sã. 21. 1. 2. 3. 4. 2. Reg. 11. 17. & 2. Reg. 11. 4. 2. Chro. 21. 10. Neh. 10. 1. 30. 1. Chro. 15. 13 *inter se comparatis.*

Atq;

Atque hæc de legibus specialibus de sanctitate, & verbo Iehouæ, in politeia diuina *communi post lapsum.*

Sequitur eius reuelandi ratio.

De specialibus in politeia diuina. ca. 14.

Verbi reuelationem præcedit, præparatio. 1. Sam. 3.7. Iob. 4. 14. 15. 16. 17.

Præparatio est qua homines siue prophetæ animo sedato, ad verbum recipiendum idonei redduntur. 1. Sam. 3.7. Fit autem vel præmonitione Dei, vel angeli, vel signis præeuntibus, sæpius hominis vires prorsus debilitantibus, & postquam humiliati fuerint erigentibus & confirmantibus: nonnũquam sonis, varijsq; alijs pro rei grauitate actionibus; prout Deo visum fuerit. Gen. 3.8. Gen. 15. 12. Exo. 3.4. 5. 1. Reg. 19. 11. 12. Apoc. 1. 10.

Reuelandi ratio siue *medium* duplex est { Simplex vox Dei. / Alia reuelatio. } Apoc. 1. 10. 12.

Vox Dei simplex, est vox à Deo creata, qua verbum suum absq; alijs *medijs* patefacit. Gen. 3.8. Gen. 4.6. Gen. 6.13. Gen. 11.3. 21. Exo. 20. 1. 2.

Huic adiuncta est apparitio *VERBI* quod quoad officium, est Angelus fœderis. 1. Sam. 3.21. Gen. 17. 1. & 18. 13. 18. 19. Exo. 3. 2. &c. 1. Sam. 3. 3 4. 5. Mal. 3. 1. Dan. 8. 13. Hag. 2. 5.

Alia reuelatio est, quæ alijs *medijs* fit. *E præcedentibus.* Huic accedit prophetarum excessus. Is est quo supra ordinatam facultatem extra se ita sunt correpti, vt diuina luce illustrati, probè quæ aguntur, intelligant. Num. 24. 4. Ezech. 1. 2. 3. 4. & 11. 5.

Apoc.

Apoc.1.10.

Reuelandi ratio hæc est { Externa. / Interna. } *Ibid.*

Externa, quæ fit *medio* externo per ænigmata. Num.12.8.

His adiuncta est confirmatio propria, qua Deus obsignat mentibus hominum Ænigmata diuina esse, & ad eruditionem composita. Iob. 33. 15. 16.17. Dan.7.1. Gen.40.5.8.9. Gene. 41. 8.9. Dan. 2. 1.2. 3. Act.16.10.& 10.3.

Ea media sunt { Visio. / Somnium. } Num.12.6.

Visio est externum medium quo inexplicabili ratione vigilantium oculis visa, auribus vero verbum Dei reuelantur. Esai.1.1.Zach.1.2.3.Dan.7.& 8.& 9. cap.Apo.1.2.& 3.cap.

Somnium est visio, dormientium animis per Dei spiritum proposita.

Interna, est, qua homines θεοπνεύστως loquuntur, prout à spiritu sancto aguntur. 2.Pet.1.*vlt*.

Atq; hæ sunt verbum reuelandi rationes, quæ communes sunt omnia politeiæ diuinæ post lapsum.
Speciales suo loco dicentur:
Sequuntur specialia de signis.

Signa sunt { Tantum Signa / Etiam per metaph. / Sigilla. } Rom.4.11.

Tantum signum, est signum quod viua tantummodo, ex verbi præscripto, externis sensibus repræsentandi ratione confirmat. Exod.13.16. Deut.8.

8.Math.

8. Math. 12. 40. Ioa. 3. 14. Adhibetur plerunq; in particularibus & promiſſionibus & denunciationibus confirmandis. Ezech. 24. 2. 3. 16. 17. 18. 19. 20. & 21. 18. 19. 20. 21. 22. & 4. 1. 2. 3. & 5. 1. 2. 3.

Signa extraordinaria, ſunt miracula veritatis, certitudinem ratam facientia. Exod. 4. 8. 9. Mar. 16. 17. 20. Heb. 2. 4.

Commune ordinarium, eſt impoſitio manuum, quæ eſt ſignum de rebus & perſonis Deo præcipuè politeias diuinæ reſpectu, dicendis. Cuius vſus

eſt { Extraordinarius. / Ordinarius. } Marc. 10. 16. Leuit. 14. Heb. 6. 2. Leuit. 4. 15.

Extraordinarius eſt, in donis ſpiritus diſtribuendis. Gen. 49. 14. Act. 8. 18. Act. 9. 17.

Ordinarius, præcipuè in miniſterijs diuinis ſtata ratione conſecrandis. Act. 6. 6. Act. 13. 3. 1. Tim. 4. 14. Num. 8. 9. 10. 11.

Sigillum, eſt ſignum quod non tantum repræſẽtandi; ſed etiam verè offerendi, & applicandi gratiam ſpiritus, gratuito fœdere promiſſam, inſtrumẽtum ſpiritus ſancti efficax exiſtit. Rom. 4. 11. Gen. 17. 9. 11. Gene. 4. 4. Iob. 42. 8. Leuit. 5. 10. Pſalm. 51. 9.

Eſt duplex. { Tantum ſigillum. / Sacramenta vel ſigna fœderis. } Gen. 17. 9. 11.

Tantum ſigillum, eſt ſignum, quo aliquæ tantum promiſſiones obſignantur *Ibid.*

Sacramenta ſiue ſigna fœderis, ſunt ſigilla *(a)* publicè adminiſtranda *(b)* quibus per actiones præſcriptas internas & externas inter ſe ſacramentali

tali vnione coniunctas, Christus cum fœdere Dei in ipso sancto, plenè ad salutem datur & recipitur. *(a)* Gen. 17. 12. *cum* Luc. 1. 59. Numer. 9. 10. 13. 14. 2. Chron. 35. 3. 4. 5. 6. 7. 8. &c. *cum* 1. Cor. 11. 22. *(b)* Gen. 17. 9. 10. 11. 12. 1. Cor. 10. 1. 2. 3. 4. 5. Math. 3. 11. 1. Cor. 10. 16.

Membra Sacramenti sunt vnione sacramentali inter se vnita. { Plena actio externa. / Plena actio interna. } Deut. 30. 6. 7. Mat. 3. 11. 1. Cor. 10. 1. 2. 3. 4. 1. Pet. 3. 21.

Vnio sacramétalis, est vnio, qua *(a)* ex diuini verbi institutione & promissione explicata, *(b)* tum ecclesiæ precibus; interna actio simul cum externa, & per eam, vt instrumentum, non repræsentatur & offertur modo, sed veris Christi membris perficitur. *(a)* Gen. 17. 8. 9. 10. 23. Exod. 12. 26. 27. Luc. 22. 14. 15. 16. 17. 18. Nu. 9. 20. 35. 36. 1. Cor. 10. 16. Vnde locutio sacramétalis metonymica cũ externa de internis, &, cõtra prædicantur. Ge. 17. 8. 9. 10. 1. Cor. 10. 3. 4. 16. 1. Cor. 11. 25.

Actio externa, est quæ ad internam plenè *analoga* existit *ex præced.*

Eius membra { Publici administri conferentis actio. / In fœdere comprehensi recipientis actio. } Act. 2. 38. 39. Ro. 4. 11.

Conferentis actio, est duplex { Consecratio. / Traditio. } 1. Cor. 10. 16. 1. Cor. 11. 24. 25.

Prima, est signi externi per institutionis

&

& promissionis diuinæ explicationẽ, & preces in eum finem conceptas, ad vsum proprium sanctificatio siue separatio. 1. Cor. 10. 16. 1. Cor. 11. 25.

Traditio, est qua signum ita sanctificatum, ritu proprio applicatur. Rom. 10. 11. Exod. 2. 6. 7. 8. 1. Cor. 12. 13.

Recipientis actio, est ipsa à conferente vel patiendo recipere. *Ibid.*

Actio interna est, quæ est externæ prorsus *analoga*. Math. 3. 11. 1. Pet. 1. 21.

Est duplex.	Conferentis interna.	1. Cor. 10. 10. 1. Cor. 12. 13.
	Recipientis interna.	

Actio conferentis interna, est actio totius trinitatis, per Christum mediatorem. Math. 28. 19. 1. Cor. 12. 13. Ephe. 5. 26.

Est duplex. 1. Cor. 12. 13. 1. Cor. 10. 2. 3. 4.

Prima, qua Christum precibus suis, & Dei volũtate, ad officium mediatoris obsignatum & segregatum, ad sequentes actiones paratum sistunt. 1. Cor. 11. 24. 25. Math. 26. 26. Marc. 14. 22. 1. Cor. 12. 13.

Secunda, est qua Christum & totam εὐλογίαν in ipso extantem, per plures vel omnes sensus externa actione motos, menti verè repræsentant, offerũt, & vt recipiatur per spiritum exhibent. Mat. 28. 19. 1. Cor. 12. 13. Eph. 5. 26. Tit. 3. 5.

Recipientis actio interna est, quæ fide fit. Rom. 10. 11. Estq; duplex.

Prima, vt spiritus ἐνεργία magis magisq; in nobis excitetur, confirmetur, & augeatur. Coloss. 2. 11. 12.

Secun-

Secunda, vt Christum cum suis donis acceptum magis magisq; ad iustificationem & sanctificationem applicent ad salutem. Gal.3.27. 1.Cor.11.24. 25.

Atq; hæc sunt Sacramentorũ fœderis membra, quæ cuiq; speciei politeias diuinæ, *non tamen omni tẽpore, sed prout ex dei benignitate, aucta fuerint:*

Communia.

Sacramenta fœderis duo	Initiationis. Nutritionis.	1.Cor.10. 1. 2. 3. 4. 1. Cor.12.13. Exo.12.48.

Initiationis sacramentum est primum, semel tãtum administratum κοινονίαν æternam cum Christo in omnibus fœderatis etiam infantibus in adultioribus verò per fidem obsignans. Gene.17.12. Exod.12.48. Math.28.19. Act.19.2.3.4.5.6. 1. Cor.12.13. Rom.6.1.2.3.4.5.

Continuæ nutritionis Sacramentum, est quod sæpius iteratum αὐξήσιν continuam in Christo obsignat. Exod. 12.48. 1. Cor.10. 1. 2. 3. 4. 1. Cor. 11.25. 1.Cor.12.13.

Atq; hæc de Sacramentis:

Vsus ipsorum proprius sequitur.

Primo, in *præparatione*, scientia de theologiæ capitibus præcipuis, de Deo, creatione, lapsu, fœdere, Christo, deinde fidei & resipiscentiæ, tum veritas, tum defectus exploranda, vt his perspectis, Deo & hominibus in Christo se reconcilient, & confirmationẽ, & augmentum in sacramentis quærant. 1. Cor. 11. 28. Esai. 66. 2. 3. Math. 5. 22. 23. Psal. 26. 3. 4. 5. 6.

Secundo, in *dispositione interna cum actione cõiuncta, & fructus perceptione.*

Ad primum requiritur, vt omnes internas actiones ita sentiant, vt summa lætitia affecti, ad laudes excitentur. Psal. 26.7.8. Marc. 14.22.

Ad secundum vt ex cordis abundantia, doctrina in vita & ore nostro magis magisq; ad Dei gloriam & aliorum ædificationem floreat. Exod. 13. 9. Psal. 63.2.3.4.

Atq; hæc de signis sunt specialia:
Sequuntur de sanctionibus.

Sanctiones siue censuræ post lapsum,

sunt { Salutaris correptio. / Anathematis censura. } Gen. 4.5.7. 14. Pro. 5.12.14. Mal. 3. *vlt.* 1. Ioha. 5.16.17. *inter se collatis.*

Salutaris correptio, est censura ad emendationem & salutem. Prou. 6.13. 1. Cor. 5.2. Thess. 3. 4. Gen. 4.4.5.6.7.8.

Est { Obiurgatio. / Pœna inflicta. } Gen. 4. 4. 5.6.7.8. Math. 18. 15.2. Thess. 3. 14.

Obiurgatio, est salutaris correptio, quæ fit verbis tantum. Gen. 3.11. & 4 6.7.9.10. Act. 4.18.

Pœna inflicta, est salutaris correptio quæ etiam factis fit *Ibid.* Huic adiungitur absolutio, quæ est liberatio à pæna resipiscentiam post idoneam hominibus satis factam. 2. Cor. 3. 1.2. 3. 4.5. 6. 7.8. Genes. 4. 7. Math. 17. 19. 20. 21. &c. Huius censuræ vsus specialis hic est. In *præparatione* requiritur, vt diuinam potentiam, & seueritatem in his terribilem

sem intueantur & sentiant. Prou.5.12. 1.Cor. 14. 2. 3.4. 5. *In interna dispositione cum actione coniuncta*, est ex priore ad cor confractum & contritum adduci.2.Cor.3.4.5.6.7.8. *Fructus perceptio* est vt ex sensu illo ad resipiscentiam, coram multis vel omnibus, lachrymarum, obtestationum, suspiciorum ardentibus desiderijs, absolutionem petentibus ratam faciant. 1.Cor.5.5. 2.Cor.2.3.4.5.6. 7.8 9.

Pæna est	Suspensio. Excomunicatio.	Num.9.10.13. Luc. 6.22.

Suspensio, est pæna inflicta, quæ ἀφορισμῷ à sacris quibusdam, siue cõmunibus, siue administrarũ proprijs, ad tempus constitutum versatur. Gen.4.2.3: 4. Iob.42.7.8.Ier.36.5.Math.5.23.Nũ.14.44.1.Cor. 11. 28. Quare cum his hac nota designatis comercia ne habeantur vt eos pudeat; vt fratres tamen monendi sunt.2.Thes.3.14.

Excõmunicatio est pæna inflicta, quæ versetur in absoluta separatione à cõmunione bonorum & illorũ priuilegijs.Gen.17.14.Leuit.7.15.16.17.18. Hezr.10.8. Math.18.17. 1.Cor 5.5.13. Quare cum his etiam ne commedamus prohibemur.1.Cor.5.11.

Anathematis censura, est pæna tantum peccanti in spirit.sanct.debita: qua quispiam absq; omni spe in æternũ exitiũ deuouetur.Ge.4.14. Mal.3.*vlt*. 1.Cor. 16.22.2.Tim.4.14.*cum* 1.Tim.1.20.Apoc.22.3.

Atq; hæc de censuris & omnibus rebus Iehouæ post lapsum communibus.

Hactenus de Domino: Sequitur de administris.

 Admini-

Administri sunt superiores, qui vt Christi ministri, & legati, ad præscriptam à domino rationem rerum diuinarum sunt tantum ὀικονόμοι. Iob.31. 23. 24. Gene. 6.22. Exod. 4. 16. Hebr. 3.4. 1. Chron. 15.19.1.Chron.29.12.13. 2.Chro.30. 5.& 29.25. Math. 28.ver.vlt. 1.Cor.11.23. 1.Cor.14.37. Quare potestas hæc, est serui ὀικονομία non domini dominatus.Iob.31.23.Heb.3.5.Ier.6.31.Luc.22.25. 2. Cor.14. 10. 1.Pet.5.1.2.

In rerum diuinarum dispensatione lex summa est, ne ea tribuant vel { canibus. / porcis. } Mat.7.6.

*C*anes sunt qui aperta malitia *pietatem* blasphemant, eamq; profitentes rabie persequuntur. *Ibid,* Act.13.45.46.

Porci sunt qui ex aperta proteruia & ἀσελγία malitiosè eam respuunt.*Ibid*.

In administris requiruntur specialia, ad { Dignitatem muneris. / Ad ἰκανότητα. } 1.Tim.3.1.2.9.10.13.

Ad dignitatem duo requiruntur.1.Tim.3.13.

Primum est,vt ad inculpatam vitã, in æconomia rectè administranda scientiam &(si ad eam vocétur) praxim singularem adijciãt.1.Tim.3.4.11.12. 1.Tim. 5.10.

Secundũ est,vt munere suo rectè vtantur.*Ibid.*

Hic autem *præparatio* est,vt de vocatione plenè persuasi ad diaconiam implendam sint parati.Iob.32. 18.19.22.Heb.11.7.

Interna dispositio cum actione coniuncta est,

eſt, vt Deo tantum corda probanti placere ſtudentes, alijs omnibus etiam vita & ſalute ſua ſupra omnia ex miniſterio, dei gloriã in electiorũ vocatione, reproborum obduratione quærant. Rom. 9.2.3. 4. &c. 1.Cor.4.2.3.4.5.6. 1.Cor.3.14.15.16. 17. Galat. 1. 10. 1. Theſs.2.3.4.5.6.7.

Fructus perceptio, vt ea obtinendi certa fiducia acquieſcant. 1.Theſſ.2.12.20.

Atq; hæc ſunt ſpecialia ad dignitatem:
Sequuntur ad ἱκανότητα.

Ea autem ſunt, ea ſpiritualia chariſmata quæ cuique præfecturæ ſunt idonea. Rom.12. 5. 6. 7. Iob. 31. 23. 24. Gene. 6. 9. 11. 12. *cum* 1.Pet. 3. 19. 4.6. Leuit.10.10. Iere.1.6.7. Hoſe.4.6. Mala.2.4.5.6.7. Luc. 24.49. 1.Pet.4.11.

Atque hæc de adminiſtris.

Eorũ munera duo ſunt { Prophetia. / Diaconia. } Gen 4.4.5.6.7. Gen.14. 20.21. Ge.28.19.20. Ge. 35.1.2.3.4. Pro.3.8 9.10. Pr.5.12.13.14. Rom.12.6. 1.Pet. 4.11.

Prophetia, eſt omnia ad dei cultũ publicum adminiſtrare. Iob.33.23.24. 1.Chron.25.1.3. Rom.12.5.6. 1. Theſſ.5.20.

Eius partes ſunt { Publicæ preces. / Verbi prædicatio. } Iob.33.23. 24. Gene. 13.4. Ge.35.2.6.7. Ge. 14.18.19.20. Deut.33.10. 1.Sam.12.25. Act.6.1.2.

Publicæ preces, ſunt preces conceptæ ad communem & ſpecialem omnium cultum diuinum exercentium vtilitatem & intelligentiam. Iob. 34. 25. Neh.8.7. 1.Cor.14.13.14.16.17.

Verbi prædicatio, est ad fidem gignendam & augendam, solẽnis per ministrum doctrinæ promulgatio, ex recta verbi interpretatione. Iob. 33.34. Ro.10. 14. 17. 2. Pet. 5.5. 1. Pet. 4.6. Ephe.4. 11. Recta verbi interpretatio,(*a*) est plena & propria verbi ἐπιλύσεις siue ἀνάλυσις pro rationis seriè & verborũ structura.(*b*) Vtraq; verò si analogæ & propriæ fuerint, prout sunt & sonant accipiantur: Irregulares, Crypticæ & impropriæ, tum demum recipiẽdæ, cum præsentes circumstantiæ, aliæq; verbi partes illud vrgent & confirment.(*a*) Mat.13.36.*cum* Mar.4. 43. & Iob.33.34. (*b*) Iob.33.23. Prou.1.6. Eccle.7.10. Mat.4.1.2.3.4. Quare, primo verbum *medijs* prædictis acceptum recitatur; postea interpretatum, ex eo doctrina eruitur. Gen.31.10.11.13. Ge.41.15.16 25.26. 27.33. Iob.4. 12.13.*cum* cap.5. 1. 27. Dan.2. 36. 37. 28. 45. Dan.4.19.20.21. Math.13, 18.19.20.26.36.38.

Quare etiam, siue donis ordinarijs, vel extraordinarijs, præditi fuerint administri: prædicationi continuum coniunctum esse debet verbi studium. Dan. 9.2.1. Pet.1.10.11. 1. Tim.4.13.14.15. *Ibid.*

Estq; duplex.
- Varium & cõtinuum, vt manifestè proficientes, vetera & noua habeant parata. Mat.13.52.1. Tim.4.13.14.15.
- Statum, vt sententias appendat & scrutetur, vt prius verba habeat delectabilia, singula rectè scripta siue meditata, fidelia, i. amplectenda siue fide digna. Ecclesi.12. 11. 12. 13.

Hæc

Hæc tamen omnia à θεοπνεύστοις maiori multo facilitate & celeritate præstantur. Psal.45.2.

Atq; hæc est doctrinæ ex verbo eruendi ratio:

In ea autem proponenda requiritur { Ad materiam ἀδιαφθορία. Ad proponendi modum. { Σεμνότης. Λόγος ὑγιὴς.

Mica.3.8.Eccle.12.11.12.13.14.1.Cor.2.4.Tit.2.7.8.

Ἀδιαφθορία doctrinæ est, quæ veritatem secundum pietatem ab omni mixtura humanæ philosophiæ, & traditionis, commentisq; quibuscunq;, purã & liberam continet. Colos.2.8.18.19.21.Mat.15.2. Esa.29.13.Mat.16.11.1.Pet.1.18.Tzeph.3.4.

Σεμνότης in doctrina proponenda est, quæ eam cum gratiæ ἐξουσίᾳ, & tanquam Dei legati ἐπιταγῇ in omnibus actionis partibus vtpote loquendi, vultuum, manuum, pedum, totiusq; corporis motus ciendi; ab omni cupiditate, temeritate, dicacitate, gestu scenico & ad applausum popularem cõposito, alijsque vitijs huic contrarijs libera, & immuni, tradit. *Ibid.* 1.Cor.4.20. Tit.2.5.15. Mat.7.29.Ier.23.28.30.31.32.Mica.2.6.7.11.

Λόγος ὑγιὴς est λόγος non ab humana sapientia, sed spi.sancto edoctus, spiritualia cum spiritualibus coniungens.1.Cor.2.13.

Ejus duo membra { Primum, vt dictionis forma sit pura. Secundum vt sermonis structura sit sana.

1.Cor.2.ver.1.cum 4.Eccle.12.12.

Dictionis puritas est, quæ ab omni sermonis eminentia, humana facundia, peritia, verborum lenocinio, dicendi genere è triuijs petito libera, summa simplicitate ad materiæ naturam & audientium captum accommodata sit. 1. Cor. 1.17. & 2. 1.2. &c.

Sermonis structura sana est, quæ non ἐν πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις sed ἐν ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως sit ἀκατάγνωστος. Tit. 2.8. Quare hinc fabulæ, allegoriæ, testimonia humana, & leuia quæque procul abigenda sunt. 1. Pet. 4.11. 2. Pet. 3.16. 1. Tim. 1.4. & 4.7. Tit. 3.4. 2. Tim. 2.23.

Atq; huiusmodi est doctrina sacra:
Eius vsus sequitur.

In eius vsu *præparatio* requiritur, ex authoris Dei, ministerij diuini sancta consideratione, qua nos omni ῥυπαρίᾳ καὶ περισσείᾳ κακίας exuentes, paratissimi simus ad sermonem insitum, & ad animas seruandas potentem, cum lenitate recipiendum. Iac. 1.18.19.20.21.

In dispositione interna cum actione coniuncta requiritur, vt veritatem probè intellectam, & summa πληροφορίᾳ acceptam, prout fuerit ad cognitionem, metum, cor contritum, gaudium, consolationem, & cætera huiusmodi excitanda & augenda idonea, in animi intimis concipiamus. Neh. 8.10. 11.12. Act. 2.37. 1. Thes. 1.5.

Fructus autem *perceptio* est, vt audita, eorumque firmamenta, continuò recordati ea impleant.

Act.

Act.17.11.12. 1.Thes. 5.20.21.22.23. Iacob. 1.17.21. 22. 23.

Atq; hic est doctrinæ rectus vsus.

Doctrina publica duplex est	κατηχήσις synechd. dicta.
	accuratior.

Gen.14.14.Heb.5.12.13.1.Cor.2.1.Psal.119.130.

Καταχήσις est doctrina facilior quæ rudibus præcipuè vniuersa Στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λογίων τοῦ θεοῦ ita proponit, vt inde totius θεολογίας doctrina accurata & perfecta intelligatur, & cũ fructu recipiatur. Heb.5. 12. 13. 14. & 6.1. 2. 3. 1.Cor.2.1. Ioh.3.12.

In hac autem recipienda maxima cura est, vt non doctrinam modo, sed certissimas eiusdem ἀποδείξεις ad πληροφορίαν intelligamus ex verbo Dei.

Doctrina accuratior & perfectior est, qua vniuersam Theologiam eius non ἐπιγεία tantum sed ἐπουρανία præcipuè in sermone exercitatis proponit, vt ad perfectionem ferantur. *ibid.*

In hac autem recipienda, doctrinæ ἀναλογίαν in catachesi edoctam, quid audiamus curandum, & ex verbo Dei quæ tradita sunt, ad verbi Dei amussim examinare & probare debemus, vt nullam recipiamus doctrinam, nisi quæ fuerit priori consona. Act.17. 1.Cor. 1.Ioan.

Doctrina accuratior est	λόγῳ γνώσεος	proponenda.
	λόγῳ σοφίας	

1.Cor.12.8.

Λόγως γνώσεος sic metonomia causæ dictus, est qui

qui vtrasq; doctrinæ species siue formas, sermone ad rei veritatem docendam & prorsus conuincendam, sit compositus. Rom. 12. 6. 7. 1. Cor. 12. 8.

Λόγος σοφίας etiam simili metonymia dictus, est qui certa omnium circumstãtiarum cognitione eam cuiq; vt opus est applicat. Rom. 12. 6. 7.

Ad hoc autẽ ritè faciendũ requiritur pastoris { Vigilantia iusta. / παρακλήσεος obsignatio

Vigilantia autem est vt oues pro sua conditione singulos requiret & pascat.

Oues sunt { Meliores, qui roborandi & ad profectum excitandi. / Peiores { teneri, requirendi, & alendi. / mali, errata sua visitandi, & ad caulas reducendi. } }

Παρακλήσεος obsignatio est, quæ (cum opus fuerit) signorum administratione fit.

Hic autem adulti, qui sacramentum per contemptum abijcissent siue neglexissent, excommunicationis pœna subijciebantur.

Sacramentorum autem primum pro natura sua administrari debet vel { infantibus. / adultis.

Infantibus autem ijs, qui sunt liberi eorum qui sunt intra.

Intra autem, qui ecclesiæ εὐταξίᾳ se subijciunt.

Adultis autem ad ecclesiam accedentibus ijs administrari

ministrari debet, qui fidem, recipiscentiam & generalem & specialem de hoc sacramento doctrinam, coram administris confessi fuerint.

Secundum autem, vt & censuræ administrari debent tantum ijs qui intra sunt.

Hactenus de doctrina eiusq; obsignatione.

Qui autem hæc administrabant extraordinariè & vt a Deo θεοπνέυστοι κατὰ ἐξοχὴν prophetæ dicebantur.

Et hæc omnia speciali prophetandi ratione, id est, tum bona tum mala cuiusq; generis hominibus prædicebant quam clarissimè, ita tamen vt a succedente tempore, distinctio clarior, præcipue de christi doctrina euadebat.

In hoc munere, Christi prophetiam figurabant, vnde etiam sæpiùs suos & alios benedicebant, id est, a Deo benedictum iri in nomine Christi pronunciabant. *analogos ex Act.* 3. 23. Gen. 13. 18. Gen. 27. 9. & 49. 1.

Atq; hæc de prophetia siue publico cultu.

Vbi a populo requiruntur duo:
- Primum, vt vnà cultum publicū adeant, & ab eo discedant.
- Secundum, est externa reuerentia.

Externa reuerentia est, vt post actionem sacram coram ministro verticem inclinantes & incuruantes, Deum adorent. Exod. 4. 24. & 12. 28. Neh. 8. Apoc. 3. 9.

Atq; hæc de prophetia: Sequitur de diaconia.

Ea autem est altera pars ministerij sacri, qua sacra omnia extra publicum cultum administrantur. Ro. 12.7. 1.Tim.3.8.Phil.1..

Eius duæ partes	Censurarum administratio. Sacri thesauri cura.

Censurarũ administratio est prima pars διακονίας; qua censuræ administrantur. *ibid.* & 1.Tim.5.17. 1.Thes.5.12.13.

Ad hoc implendum requiruntur	Vigiliæ summæ. Lenitas.	Rom. 12.6.7. 1.Cor.5.

Vigiliæ, quibus summa cura, omnium vitas, mores, actiones, & vitia, attentè considerant, vt cuiq; tempestiuè remedium adhibeant. Act.20.28.Heb.13.17.1.Pet.5.1.2.

Lenitas est vt summa moderatione in censuris administrãdis procedant, ita vt habito dilectu, quosdam cum miseratione curent, alios terrore seruent ex flamma rapientes. Iud.22.23.

Quare procedendi ratio duplex est	In minoribus peccatis quando nullum caput imaginis Dei apertè conuellitur.
	In maioribus quando secus vt in Idololatria, blasphemia, aperta sabbati violatione, superiorũ vel inferiorum contemptu, homicidio siue violentia, fornicatione, aperta auaritia, siue oppressione, maledicentia. &c.

In minoribus, primo post admonitiones priuatas, obiurgatio ecclesiastica adhibenda, cui si non acquieuerit

quieuerit peccator, tum excommunicatio denuncianda, publicis autem precibus adhibitis, si non resipiscat tandem administranda. Mat. 18. 15. &c.

In maioribus, excommunicationis (si resipiscentia, & quæ requiritur satisfactio, non statim apparet) censura post publicum ieiunium, & preces (suspensione interim administrata) administranda. 1. Cor. 5. 1. 2.

Anathematis autem censura quàm primùm certissimè peccatum huiusmodi cognitum fuerit, summa ecclesiæ authoritate & consilio maximo debet exerceri. 1. Cor. 16. 22.

Atq; hæc de censuris.

Sacri thesauri cura duplex est { Sancta collectio. / Iusta distributio.

Sancta collectio est, qua voluntariæ bonorum εὐλογίαι prout, non quantum volunt sed quantum ad cultus diuini sumptus perferendos & pauperes Dei alendos sufficiat, collectæ in Thesaurum conferuntur. *ex præced.*

Hæc autem collectio post reliqua sacra paracta facienda est.

Iusta distributio est, qua simpliciter & fideliter in prædictos vsus tantum distribuuntur. *ex præced.*

Atq; hactenus de politeia *omni tempori post lapsum communi:* Sequitur specialis ad cuiusq; tēporis periodum.

LIBER

¶ LIBER SEXTVS.

De politeia diuina in familia. cap.1.

De politeia diuina in familia. ca.1.

P*Oliteia diuina post lapsum* est vel { familiæ: coetus, siue ecclesiæ, vnde ecclesiastica dicitur. } Gen.4 4.3.4. He.11 7.8.17.28.32. Psal.89,6.8. Leu. 4.13.14. Hesr. 10. 8.

Vtriq; autem, ex parte, communes sunt diuinarũ & legalium ceremoniarum leges. Gen.4.2.3.4. Iob.1 5.9 7. Leu.1.& 2.& 3.&c.

Ceremoniæ diuinæ, siue legales, sunt leges institutæ a Deo, de cultu diuino, vt sint vsq; ad tempus correctionis in Christo, vmbræ, siue imagines ipsius, & bonorum omnium quæ sunt in ipso. Col. 2.17. Heb.10.1.2.

Cuius in Christo complementi respectu statuta perpetua dicta sunt, & per omnes ætates in sæculũ. Exo.12.14.24. Rom.10.4 Heb.10.1. Col.2.17.

Quare quod ad vmbrarũ corpus attinet, significatiõ spectanda est { Primo in Christo. Secundo in ipsius membris. }

1.Pet.5.8.9. Apoc.1.6. Exo.19.6.

In ipsius mẽbris etiam { primò, in omnibus fidelibus. secundò, in sacrorum administris. }

Rom.15.16.17.

In fidelibus etiam { primò quatenus ad iustificationem & quæ eam spectant. Secundò, quæ sanctificationem & quæ eam spectant. }

1.Cor.6.11. Heb.9.11.12.13.14.1. Ioa.5.6.

Has

Hæ leges omnes vt (*a*)in Christi ascensu abolendæ sunt(*b*)ita multa adiuncta habent,quæ ob æquitatem perpetuam siue durabilem, perpetuas vel saltem durabiles duci debent. (*a*)Heb.7.12.18.24.25.& 8.7.8.(*b*)1.Cor.9.13.& 13.18.19.

Ceremoniæ sunt vel de { sacris quæ agenda sunt. / personis sacris agentibus. }
Gen.4.2.3.4.Iob.42.8.9.

De loco sacro. ca.2.

Ad sacra agenda requiruntur. { Loca sacra. / Res sacræ. } Math.23.19.

Locus sacer est { generalis. / specialis. } Math.23.19.

Generalis,est locus,quo Deus præsentiæ suæ symbolo,ibi se colendum docet. Gen.4.3.4.24.16. facies Iehouæ dicitur. Gen.25 22. vnde domus Dei, portæ cœli.Gen 28.17.

Significatio autem erat duplex,
- Prima,*ad Christum*, in quo σωμάτικως πλήρωμα θεότητος inhabitat, & per quem tantum nos in ipso ad Deum colendum, & communionem cum eo habendam, appropinquare possimus.Col.2.9.3.18.19
- Secunda ad
  - ecclesiam { catholicam. / particularem. }
  - ecclesiæ membra particularia.

1.Per.2.5.

Ad ecclesiam catholicam, extra quam nulla salus.Exo.3.20.Ioh.2.21.

Ad

Ad particularem, non nisi in cœtu qui politeiæ diuinæ subijciatur Deus ordinariè supra omnia bona colendus & quærendus.

Cœtus ille ita ordinatus ab omni polutione humanarum constitutionum purus esse debet. Psal.15.8.Psa.27.8.Psa.29.9.Esa.4.4.1.Cor.3.16.& 5.12.1.Tim.3.15.Apoc.1.13.20.

Ad ecclesiæ membra particularia, omnia templa esse Deo & proinde ab omni impuro maximè aliena.1.Cor.6.19.20. 2.Cor.6.15.16.17.18.19.

Locus specialis est altare, quod erat sacer locus, vt in eo sacrificia oblata & sanctificentur & accepta sint.Gen.8.20.& 12.5.13.4.18.Mat.23.19.

Significatio { *ad Christum.* / *ad nos.* }

Ad Christum, ipsum se sanctificare & altare fuisse suiipsius, id est, diuinitatem humanitatis. Mat.23.19. *cum* Ioa.17.19. Heb.9.14. *inter se comparatis.*

Ad nos, nos *Christum* habere altare. 1.Pet.1.9.13.Apoc.8.3.

Atq; hæc de locis sacris: Res sacræ sequuntur.

De rebus sacris.ca.3 *Res sacræ* sunt, quæ Dei verbo in prædictum vsum sanctificatæ, & dicatæ sunt. Leu.7.7.8.9.27.10. Hag.2.12.

Sunt autem { Generales. / Speciales. } Exod.8.20.

Generales sunt, quæ sacræ fuerunt præter cultum Dei, loco sancto, etiam ad alios vsus. Gen.7.2.

Sunt autem res mundæ.

Mundæ

Mundæ sunt, quæ ex Dei verbo in vsum communem & sacrum concessæ sunt: ita autem ab immundis quæ negata sunt separabantur. Gen.7.2. & 8.20. Deut.12.15.

Significatio autem est, nullæ neq; personæ, neq; res, nobis licitæ & sanctæ esse, siue ad vsum communem, siue sacrũ, nisi quæ Dei verbo & precibus sanctificantur. Esa.23.9. Act.10,15.35.1.Tim.4.5.

Res mundæ & immundæ sunt ad { vsum communem. / sacrificium.

Gen.8.20.*cum* 9.3.

Ad vsum communem post lapsum, omnia munda fuerunt, & herbæ & animantia. Gen.9.2.3. excepto animantis sanguine, qui effundi debebat in terrã sicut aqua. Gen.9.4. Leu.7.26.27. & 17.10. & 19.26. Deut.12.16.24.25.

Ciborum *significatio* est { Generalis differentia mundi & immundi. / Specialis de sanguine prohibito.

Generalis est, nos debere a doctrinis moribusq; gentium varijs & peregrinis alienos esse, & gratia in corde apud Dominum stabiliri. Leu.20.25. Heb.13.9. Pro.26.12. 2.Pet 2.22.

Specialis, de sanguine effundendo & non comedendo lex *significabat* duo: { Primum, primam tabulam spectat. / Secundum, secundam spectat.

Ad primam tabulam, quia sanguis erat pro expiatione in sacrificijs, ita vt erudiremur ad sacra ho-

noranda, neq; vsui communi per ludibrium cõmunicanda. comedi prohibebatur sub pœna excõmunicationis, huius peccati merito. Leu. 17. 11. 12. Ge. 17.

Ad secundam tabulam, nos ab humano sanguine ad concupiscentiam nostram explendam quàm maximè alienos esse debere. Gen. 9. 5. ita vt si secus fiat in terram per necem, noster fundaretur.

Ad sacrificia, vt animalium differentia designabatur, quæ tamen qualis erat quod ad species omni tempori communes, ignoratur.

Non habet nouam significationem, sed priorem communem arctius videtur significasse. ἀναλόγως *ex praeced.*

Atq; hæc de generalibus: Sequuntur speciales quæ ad cultum diuinum pertinent.

Sunt autem sacrificia. Gen. 4. 4. & 8. 20.

De sacrificijs. ca. 4. *Sacrificium* est res sacra ab offerente parata, a sacerdote Deo iuxta ritum sacrum oblata. Gen. 4. 4. Iob. 41. 5. 1.

Quare sacrificij duo membra { actio adducentis. / administri oblatio.

Gen. 4. 4. Iob 41. 8.

Actio adducentis, est manu super rem adductam nixa, illud ad locum constitutum offerre, & ad administrum adducere, vt ipse ad altare illud offerat. Iob. 41. 8. Exod. 18. 12. Leu. 1. 4.

Administri oblatio est, qua ad altare per ignem sacrificium perficiat.

Sacrificij *significatio* est { totius. / partiũ. } Gen. 4. 4. 8. 20. Exod. 18. 12. Leu. 1. 2. 3. 4. 5. *capitibus.*

Totius

Totius est { *ad Christum* spectans ipsum se Deo oblationem gratam offerentem fuisse.
ad nos, duplex, ad { omnes. administros. }

Eph.5.2.Heb.10.10.

Ad omnes, est obedientiam nostram, siue cultũ rationalem Deo acceptum fore. Rom.12.1.2.

Ad administros, oblationem eorum qui ad fidẽ vocati sunt per spiritum sanctum deo acceptam esse. Rom.15.16.

Primæ partis *significatio* etiam duplex est, ad { *Christum.* *nos.* }

Ad Christum significat se voluntariè obtulisse. Eph.5.2.Heb.10.10.

Ad nos, nos in *Christo* ad nostrum cultũ deferendum, per *Christi* spiritum acceptos & paratos esse. Leu.1.3.4.2.Cor.9.7.Psal.47.10.& 101.3.*cum* 29.1.2.Iob.41.8. Rom.15.15.1.Pet.2.5.

Secundæ partis *significatio ad Christum* est, ipsum per passiones, præcipuè autem iudicij diuini sensum, igne adumbratum, Deo consecratum & acceptum fuisse. Heb.10.2.& 13.11.12.

Eiusdem partis *significatio ad nos*, est nos & nostra non acceptos esse, nisi animo etiam per afflictiones & vitæ nostræ dispendium, ad omnia opera bona paratissimus. Rom.15.15.1.Pet.2.5.Mar.9.49.

Atq; vt hæc omnia magis obsignarentur, quoties necesse fuerat, Deus externo aliquo signo è coe-

lis testimonium sacrificijs dabat, quo se odorem gratum sensisse, id est, gratum accepisse confirmabat. Heb.11.4. Gen.4.4.5. Gen.8.20.21. Leu.9.24. 1.Reg.8.9. 10.11. & 18.38.

Hoc autem externum testimonium, internum illud spiritus sancti, spiritui nostro testificans, nos nostraq; Deo per Christum accepta, *figurabat*. Rom.8.16.

Sacrificia immaculata esse debent, vt *Christi* sacrificium perfectum, a peccato segregatum, ἀμώμον & ἀσπίλον *significet*. 1.Pet.1.19. Heb.7. Mal.1.8.9. Leu.1.2.3.4.5. *capitibus*.

Secundo, nostram obedientiam, etsi imperfectã, carne etiam inquinatam, quatenus tamen a spiritu profecta est, coram Deo absq; hypocrisi puram. Mal. 1.11. 1.Tim.2.8. Luc.1.1. Ioa.3.2. 1.Pet.2.5. & tandem in cœlis fore gloriosam & perfectam. Eph.5.5.27. Cant. 4. 7.

Sacrificia fiebant ex { animalibus mundis. / inanimatis. } Gen.4.4. / Eph.5.

Quæ ex animalibus oblata fuerint, ab offerente debent {
Primo, iugulari coram Deo in loco constituto, vt effusio sanguinis sequatur.
Secundò, a Sacerdote paratum, pelle nudatum, in partes diuisum, ad altare disponi, & ad ritum per ignem perfici *ibid.* Gen.21.13. }

Atq; hæ sunt communes partes.

Quarum prima *significat ad* { *Christum.* / *nos.* }

Ad

Ad Christum, ipsum spectans *Christum* se morti crucis sanguinisq; effusioni suæ volũtariè obtulisse, & se ad ipsum comparasse. Ioa.18.4.5.6.Ioa. 19.10.11.Mat.26.42.& 10.18.28.Heb.9.22.23.26.28.

Ad nos significat, primò sacrificia nostra esse cor contritũ, & fractũ & ex nostra confessione damnatione dignũ. Psa 51.18.19. Secũdo oblationes etiam ad sanguinẽ peccato resistendo, & Deo obedientia seruiendo, esse voluntarias. Heb.12.3.4. *cum* Phil.2.11.

Secunda pars *significat*, quod generaliter dictũ est arctius & clariùs.

Ex inanimatis quæ offerunt & Deo statuunt, solent oleo consecrari. Gen.28.18. Exo.29.2.3.4.5.

Cuius *significatio ad* { *Christum* erat, ipsum donis spiritus ad officium vnctum fuisse & consecratum. Esa.61.1. Heb.1.
Nos, nostrum cultum, officiaq; nostra Deo non esse accepta nisi per spiritus vnctionem. 2.Cor.1.21. }

Atq; hęc de sacrificiorum materia: Sequuntur species:

Quorum omniũ appendix sæpe est conuiuiũ sacrũ. Illud autẽ est conuiuiũ in loco sancto corã deo, ad lætitiã, & beneficentiã sanctã agendã. Exo.18.12. Psal.116.12.13. 1.Chron.16.1.2.3.&c. *Significabat*, omnia conuiuia nostra in *Christo* coram Deo sancta, & sanctificata esse, & proinde sanctè celebranda. Esa.62.10.11.12.13.

Sunt autem { Expiatoria. Eucharistica. } Gen 8.20. Exod.18,12.& 20.24.25.& 24.5.

Expiatoria, sunt sacrificia, quæ peccatorum expiationem in *Christo figurabant & obsignabant.* Eph.5.2.Heb.10.10.

Expiatorium, omni tempori commune, tantum fuit holocaustum.*Ex præced.*

Holocaustum, est sacrificium, quo totum igne consumptum, offeratur Iehouæ in odorem quietis, id est, ita vt accipiat plenè pacatus. *ex præced.* Gen. 8.20.Iob.41.8.Leu.1.9.

Eius *significatio, ad Christum* est, ipsum holocaustum fuisse εἰς ὀσμὴν εὐωδίας pro nobis. Eph. 5.2.Heb.10.8.9.10.11.12.

Eius *significatio ad nos* est, nos non fore acceptos, nisi nos totos, corpus & animam in Christo cõsecremus. Rom.12.1.2.3.1.Thes.5.23.*cum* Mar.12.33.

Offerebatur etiam pro peccatis ex ignorantia, vt errores non nisi pleno *Christi* sacrificio expiari sciremus.Iob.41.8.

Atq; hæc sunt expiatoria.

Eucharistica sunt, quæ ad gratam animam Deo testificandam offeruntur.*ex præced.*

Sunt autem { Victima. Alia. } Gen.4.4.& 14.20.

Victima sunt sacrificia eucharistica, ex animalibus plerumq;.Exod.18.12.24.5.

Significabant autem spiritualia sacrificia quotidiè offerenda, laudis, id est, fructum labiorum confitentium ei, & beneficentiæ in alios, Deo esse gratissima & debita.Hos.14.3.Heb.13.15.16.

Alia sunt, quæ alia ratione animã gratã arguebant.

Sunt

Sunt autem { Primitiæ. { *ex sequent.*
Decimæ. } Deut.12.5.6.7.

Primitiæ, sunt prima quæq; optima, (vt masculi) tum rerũ, tum personarũ, deo oblata. Gen.4.4.5. Exo. 22.29 30. & 23.19. cap.3.4.26. Num.15.20.21. Deut.26.

In hac autem consid. { *æquitas perpetua.*
significatio.

Æquitas durabilis est optima quæq; & præcipua, tum rerum, tum personarum, Deo eiusq; cultui, prout opus est, consecrari debere. Exo.19.2. Num.3. 9.51. & 8.14. Pro.3.9. Esa.66 20.21. 1 Cor.14.34.

Significatio. Ad Christum ipsum ipsum primogenitum omnium creaturarum, & secũdum humanitatem pro nobis ἀρχηγον salutis consecratum fuisse. Heb.12. Col.1.15. Mat.1. *fine.* Zach.7.1. 1. Cor. 15.20. Heb.2.10.11.

Significatio duplex est { communis.
specialis.

Communis, nos spiritu adoptionis tanquam spiritus primitijs, certos reddi, nos, nostraq; semper fore Deo accepta, vsq; dum plenam redemptioné consecuti fuerimus, & proinde omnia Dei præcepta, ad cultum ipsius perficere studeamus, nec vllius simus beneficij obliti. Rom.8.23. Gen.28,22. Deut.26.13. Neh.11.40. Gen.14.20.

Specialis est, quæ cuiusq; populi, familiæ, primitias Dei, gratiam erga reliquas obsignantes *significabat*. Rom.11.16. 1. Cor.16.15.

Ad nos, nos omniaq; nostra in *Christo* consecrare Deo, vt corã ipso semper cũ *gratiarũ actione*

eis vti debemus. Esa.62.11. Rom,11.16. Heb.2.10.11, 1.Cor. 1. 15.

Decimæ sunt prima pars omniũ Deo eiusq; cultui oblata, ex quibus saltem quædam in sacrificia feruntur.Gen.14.20.& 28.22.

Huius consideranda est { *æquitas perpetua.* / *Significatio.* }

Æquitas perpetua est, vt ex omnibus quæ sunt nobis,dei seruis,vtpote administris,pauperibus suis, sufficientia consecremus,& inde benedictionem dei expectemus.Gen.14.20.& 28.22.Rom.14.14.Neh.10. fine.Deut.26.12.13.14.15.Mal.3.8.9.10.11.12. Gal.6.6. 7.8.9.Iac.1.15.16.17.Rom.11.16.

Atq; hæc de primitijs & decimis: Vota enim non habent adhuc specialem legẽ, sed quæ ex generali & ijs quæ de ceremoniali cultu dicta sunt facillimè colligi possit.

Hactenus etiam de rebus sacris: Personæ sacræ sequuntur.

De persenis sacris. Cap.5.

Personæ sacræ sunt , quæ ex Dei verbo aliqua differentia pro sacratioribus habitæ sunt. Iob.42.8. Leu.11.39.40.Hamos.2.8.

Hæc differentia est { Communis. / Specialis. } Gen.35.2.3.

Communes,quæ omnium pietatem profitentium communes fuerunt.

Eæ autem fuerunt differentia { mundorum. / pollutorum. } Gen.35.2. Exo.19. 10.11.Iob.1.5.

Mundi erant,qui se ex ritu sanctificassent.*ibid.*

Ritus sanctificationis erat , vt priusquam ad res sacras venirent , vestium locutione & mutatione se purgarent,

purgarent, aliàs polluti erant. *Ibid.*

Huius *signi- ficatio erat* { Generalis. / Specialis. } { Gen.35.2.Exo.19.10.11. / Iob.1.5. }

Generalis, vt nisi fide prius purgati, & sanctificati fuerimus in *Christo*, quæcunq; â nobis sunt profecta Deo exosa fuisse. Postea autem accepta. Hag.2.11.12.13.14. Act.15.9. Tit. 1.15. Rom.14.10. Heb.10.39. Iob.17.8. Eccle.9.4.

Specialis erat, vt non prius ad sacra cultus Dei peruenirent homines, quàm fide & resipiscentia abdicatis externè & internè sceleribus se præparassent, aduenirent: aliâs cultum maximè fore deo exosum. *Ibid.* Esa.66.3.4.2.Chro.30.18.20.1.Chro.11.29. 1.Cor.6.13.Mat.5.24.25. Alios autem suspensione & excommunicatione secerni debere. 1.Cor.5,13. *cum* Num.5.2.3.

Specialis differentia est, quæ ex sacris muneribus facta est. Gen.3.4.Iob.1.5.& 42.8.

Munus sacrum, & vtriq; politeiæ commune, erat sacerdotium. *Ibid.* Gen.4.2.3.4.Iob.42.8.

Sacerdotium est munus diuinum, quo ex hominibus assumptus sacerdos pro hominibus in ijs constituitur, quæ apud Deum agenda sunt, vt ad ipsum appropinquent, pro hominibus & eorum cultu. *Ibid.* Heb.5.1.

Eius duo membra. { Sacrificia offerre. / Deum ad sacrificium inuocare. } Iob.42.8.

Sacrificium offerre, est illud prout præscriptum est & ijs actionibus Deo dicare. *Ibid. & ex praeced.*

Deum

Deum ad ſacrificium inuocare, eſt ſecunda pars, qua Deo offerentes ad ſacrificia adducẽtium preces, ſuas etiam coniungentes ex ſacrificio eum placatum reddebant. Iob.42.7.8.

Hæ ſunt partes communes illius muneris.

Significatio autem eſt { Totius muneris. / Partium. } Heb,5.5.6.7.8. Eſai.61.3.4.8.9.

Totius muneris. {
Chriſtum eſſe tantum, per quem Deo appropinquamus. Ier.30 21. Heb.7.19. Eph.2.18.
Nos, ſacerdotes in ipſo, & per ipſum fieri, vt ſpiritualia offeramus ſacrificia accepta Deo per ipſum. 1.Pet.2 5.9. Exod.19.6. Apoca.1.8. Heb.5.6.7.9.& 11.12.13.14.
}

Significatio partiũ. {
Primæ, qua { *Chriſti* oblatio *figurabatur.* } Heb.5.2.4.5.6.7.8.9. { *Noſtra oblatio.* } Eph.5.6.1. Pet.2.5.
Secundæ, { *Chriſti* preces, quibus nos deo cum precibus noſtris acceptos reddebat. Ioa.17 1.ad 10. Heb.5.7.8. / *Nos*, in noſtris precib. nomine ipſius exauditos fore. Heb.5.16.& 13.15. }
}

Atq; hæc de ijs quæ vtriq; politeiæ ſpeciei communes ſunt ex parte.

De administrantibus cap.6.

Politeia familiæ eſt ad familiam, i. eos qui è cõmuni ſtirpe ſiue parente fuerũt. Gen.4.3.4. Iob.1.5.

In

In hac *politeia*: Administrantes primogeniti fuerunt. Gen.4.3. Iob.1.5. Gen.5.4.32. *cum* 2. Pet.2.5. 1.Pet.3.19. & 4.6. Exod. 24.5.
Reliqui, priuatorum locum supplebant. Excipe si à familijs seiuncti fuerint, tum enim à Deo instructi, ipsi sacra administrabant. Gen.22. 16.17.18.

Administri politeiæ diuinæ, verbum à Deo tum temporis *medijs* prædictis tantum recipiebant, postea autem edocebant. Iob.33.14.15.16.23.

Ipsi etiam ciuilé administrabant *politeiam*. Gen. 14.14.18.& 21.25.34. & 26.27.

Hæc autem *politeias* species, aliquam ex temporum periodis distinctionem sortitur.

Estque duplex: Prima à creatione vsq; ad annum. 165.
Secunda ab illo tempore vsque dum cætus *politeiæ* iam institutus fuerit.

In prima *politeia* singularem praxin obtinuit in ministerio: Chanoch.
Noah iustitiæ præconis dicti.

Chanoch, in sua vocatione cum Deo continenter ambulauit, & prophetauit, & prophetia sua de *Christi* iudicio futuro anathematis censuram improbis denunciauit. Gen.5.24. Iud.14.

Hanc autem prophetiam *obsignauit* μετάθεσις ipsius quæ fuit è terris in cœlum sine naturali morte

i.ani-

i.animæ & corporis ſeparatione. Gen. 5.24. Heb.11.5. 2.Reg.2.9.

Noæ χρηματισθέντος praxis ſpecialis erat de { Doctrina tradita & prædicata / Sacramento adminiſtrato } per ipſũ. Heb.11.7.2.Pet.2.5.

Doctrina tradita eſt { Generalis & communis, ſed clariùs prædicata. / Particularis, hominibus eius ætatis. }

ex præced. & 1.Pet.4.6.

Generalis, erat prædicatio doctrinæ, de gratuito fœdere, vt ſecundum homines i. carne, damnarentur: Secundum Deum, i.ſpiritu, viuerent in æternum.

Particularis de vtroq; fœdere, erga improbos erat, diluuij in omnium viuẽtium interitum, etiam in improbos (niſi fide in Chriſto recipiſcant) æternum, denunciatio. Gen.3.6.11.12.13. De fidelibus erat, Deum fœdus ſingulare, & gratuitum, erga genus humanum, in Noæ familia pepegiſſe, ipſos fore per fidem iuſtitiæ *Chriſti* hæredes: quod mirifica illa omnium viuẽtium, (quod ad genera & ſpecies attinet,) liberatione à diluuio *obſignabat*. Gen. 6.18.21.& 22.Heb.11.7.

Atq; huiuſmodi fuit ipſius doctrina.

Sacramentum adminiſtratum, erat (*a*) ſacramentum extraordinarium primum, ſiue initiationis, qua ex arcæ ſtructura, particularem doctrinam ex vtraq; parte obſignauit. (*a*) 1.Pet.3.21. Heb.11.7.

Eius

Eius partes e- rant actiones	Externæ.	1. Pet.3.20.21.
	Internæ.	Heb.11.7.
Vtræq; inter se analogæ sunt	Conferentium.	*Ibid.*
	Recipientium.	

Conferentium externa erat Noæ,qui ex verbo dei arcam ad formam præscriptam extruxit & doctrinæ prædictæ applicauit. 1. Pet.3. *membrum primum.* Heb.11.7.*membrum secundum.*

Interna dei,qui obduratis denunciauit interitum æternũ;fidelibus in Christo liberatione æterna proposita.1.Pet.3.21.*memb.primum & secundũ.*Heb. 11.7.*memb.vltimum.*

Recipientium actio externa,est qua Noæ familia verbo & precibus confirmata,arcam cum omnium animantium genere ad mandatum Dei intrat,diluuium per annum ferè sustinet & liberatur. 1.Pet.3.20. *memb.vlt.*Heb.7.11.*memb.secundum,*

Interna, per fidem gratuitò fœdere confirmati, Christum apprehendunt,in ipso externum Dei iudicium,peccati,diaboliq; fluctus,tum contra iustificationem & sanctificationem sustinent, & in æternam vitã liberantur.1.Pet.3.21.Heb.7.11.*memb.vlt.*

Atque hæc fuit doctrinæ obsignatio per Noah traditæ.

Secundus periodus post egressum Noachi ex arca,quo tempore Deus & ordinis vniuersi, & politeias diuinæ fundamẽta iacuisset,& obsignasset. Ge. 8.21.& 9.1.2.3.4.5,6.9.14.15.

Est ab egressu Abrahami è terra Vr, ad politeiam cætui constitutam, siue legem datam annorum, 430.

Exo.

Exod.12.41.Gal.3.17.

Estq; duplex.	Primus, ab hoc tempore ad annum mundi 2310. quo mortuus est Ioseph.
	Secundus, ab eo tempore ad politeiam ecclesiasticam siue legem datam.

Gen.15.13.14.15.16.

De politeia sub Abrahamo. cap.7.

In hoc autem temporis periodo politeia diuina illustrationẽ & augmentum obtinuit { Primò sub Abrahamo. Postea sub posteris ipsius. } *ex historia.* Heb.11.8.9.Act.7.5.9.10.11.12.

Sub Abrahamo augmentũ duplex sortitũ est	Primum, in ipsa Abrahami vocatione, & exitu ex Vr Chaldæorum in terram Chanaan.
	Secundum, per reliquam Abrahami vitam.

Heb.11.8.9.10.Act.7.5.8.9.

Primum augmentum erat,

in { Doctrina. Signo figurante. } Gen.11.33.34.35. Hebr.8.9.10.

In doctrina augmentum fuit, ipsum in Christo omni benedictione beatum, per iustitiam fidei fore omnibus siue multis gentibus patrem, cuius fidei participes ipsæ pro liberis eius, & promissione cohæredibus censerentur. Gen.11.33.34. Rom. 4.11.12. 24.Act.3.25.Gal.3.8.

Signum figurans, erat introitus in Chanaan terram, quam etsi non possiderent, ipsum tamen eminus promissiones conspicientem fore etiam eorum compotem, *obsignabat*. Gen.3.33. & 13.15. 16.17. 18. Heb.11.9.13.14.15.16.Act.7.5.6.

Secun-

Secundum augmentum etiam duplex est { Abrahamo, in persona Melchisedech / Abrahamo & semini eius } factũ.

*Ex historia.cap.*14.15.*cum* Heb.11.13.17.8.

Prius, erat *figura* augustissima Christi, in Melchisedecho, Abrahamo exhibita. Psal.110. Heb.9.2.3.

In Melchisedecho figurabatur { Primò persona Christi. / Secundò, officium. } Heb. 7.2.3.

Personam *figurabat*, cum vt virginis filius ἀμήτορ, ἀγενεαλόγητος, neq; dierum initium, neq; vitæ finem habens, vt filio deo assimulatus, Abrahamo occurrit. Gene.14.18.19. Nam & ita erat Abrahamo (quod ad hæc) ignotus. Heb.7.3. & à Mose tanquam nec initium nec finem habens, illius cum natiuitas, tum mors silentio prætereuntur.

Figura ad officium relata, duas habet partes. { Prima ad sacerdotale / Secunda ad regium } munus.

Ad sacerdotale munus, quod erat altissimus sacerdos, in quo etiam *figurabat* { Christi in munere suo æternitatem, qua ἀπαράβατος & ἱερεύς εἰς διηνεκές manet. / Excellentiam & dignitatem. } Heb. 7.3.4.

Dignitatem *figurabat* actio. { Melchisedechi. / Abrahami. }

Actio Melchisedechi, qua Abrahamum, vt ipso maior benedicebat, & proinde sacerdotio suo & Abrahamo & multò magis posteris maiorem fuisse. 7.8.

Actio Abrahami, qua excellentiã hanc agnoscebat, dum

dum ipse & in ipsius lumbis posteri ex omibus ἀκροθινίοις dabat. Hoc enim ex æquo erat, quia vt superior sacerdos Abrahami benedictionem confirmasset, & pro hac victoria gratias egisset. *Ibid.*

Regium munus *figurabat*, quod dicebatur, ex nominis notatione, *rex iustitiæ*: quod erat *rex Salem*, i. ex nominis notatione *pacis*, &, vt rex panem & vinum Abrahamo profert. *Ibid.*

Secundum, in Abrahamo & semine eius duplex

est	Particularis. Communis.	*Historia cum* Gal.3.*fine*.

Particularis erat	Confirmatio promissionis. Figura particularis.	Heb.11. 13. 17.19.

Promissionis confirmatio, est vel	Partium & particularium Totius fœderis	clariùs proposit.

In priore promissiones particulares sunt	Prima. Secunda.	Gen. 15. 5.6.13.

Prima promissio de semine multiplicando in infinitum in Isaacho, tum natura, tum fide, filio clarius proponitur, rursumq; fide Abrahami amplexatur, quæ ei pro iustitia nunc, vt antea, cēsetur. Ge. 15.4.5.6. Psal.106. 13. Rom.4.9.

Ad hanc autē promissionem illustrandam & confirmandam è communi lege exceptio illa de Leuiti officio fratris mortui vxori præstādo vsq; ad *Christum* statuitur. Gen.28.8. Deut.26.5. Ruth. 1.11. Math. 22.24.25.

Secunda promissio particularis erat, ipsum vt aliarum promissionum symbolum, iam terram illam

à flumine

à flumine Ægipti vsq; ad flumen illud magnum Euphrates,(quantum possidebant gentes decem, qui ibi enumerantur. Kenai,Kenizzei, Kadmonæi, Chittæi,Perizzæi,Raphæi, Emoræi, Cenahannæi. Gırgagehæi, Iebusæi, etsi ipso in pace cùm canitie bona sepulto,semen ipsius in Chananæa & Ægypto quadringentos annos seruituros & afflictos fore prædicebat: semini tamen reuerso daturum.Gen.15.13.20.

Confirmatio erat, vt vitula & ariete trienni cum turture & pullo columbarum dissectis & collocata dimidiata cuiusq; parte è regione suæ alterius:Deus in Abrahamum,aues abigentem à cadaueribus illis, altum soporem,terrorem & tenebras maximas inijciens, per medium in symbolum confirmationis transiret. Gen.15. 8.9.10.11.12. Ier.34. 18. Vnde etiam hoc symbolum ab hominibus ad publica cum Deo fœdera confirmanda vsurpabat, ex Dei voluntate vsurpari possit.Ier.34.18.19.

Fœdus totum gratuitum clarius proponitur, & sacramento circumcisionis confirmatur. Gene.17.7. 8.9.10.11.

Circumcisionis sacramentum est primum siue initiationis sacramentum ordinarium,ad Christi ascensionem; quod per circumcisionem carnis præputij in mare, *obsignabat* in *Christo* fœdus gratuitū, & nostram in ipsam insitionem.Gen.17.9.10.

Eius mébra duo	Actio conferentis Actio recipientis.	*Ibid.cum* Rom.2.19.& 4.11.
Actio cóferentis	Externa. Interna.	Rom.4.11.*cum* Deut.30.6.7.8.Col.2.11.Rom.5.8.

Externa, est quæ minister eius, dei institutione explicata, instrumento idoneo carnem præputij abscindit. *Ibid.*

Interna, Deus in *Christo* per ipsum, cordis præputium, peccatorum reatum, pœnam & corruptionem, tollit, & proinde priùs *Christo*, vt hæc & reliqua beneficia accipiat, *Christo* inserit in æternũ. *Ibi.*

Actio recipientis { Externa. Interna. }

Externa est qua per circumcisionẽ ministri manibus factam, præputio carnis se exuit. *Ibid.*

Interna, quæ per *Christi* circumcisionem, (quæ est ἀχειροποίητος) corpore, & proinde prius animo, *Christo* insitus, carnis peccatis se exuit, & proinde prius iustificatus sanctificatur. Coll.2.11. Rom. 4.11.

Atq; hæc de circumcisione, ad cuius contemptũ, excommunicationis pœna denunciatur. Ibid. expresse. *Sequitur figura particularis.*

Ea erat, qua Abrahamus ex fide viua filium Isaachum, vnicum filium promissionis, proposito immobili in holocaustũ sacrificauit, & similitudine, quadam à mortuis resurgentem suscepit. Gen.22.2. 9.10.11.12. Heb.11.19.

Quæ *figurabat* ad viuum Deum patrem, filium suum vnicum in mortis sacrificio pro peccatis nostris oblatum à mortuis excitasse, vt viuis & mortuis dominetur. Heb.11.19. ἀναλογως *cum* Gen.23. 2.12. & Ioh.3.16. & 1.Ioa.4.9.10.

Atq; hæc de particularibus.

Com-

Communis est, qua figurabatur quæ ad fœdus vtrunq; operum & fidei pertinent. Gal.3.24.

Huius vmbræ cum corpore suo sunt duo mem-bra

- Primum, Abrahamũ ex Agare ancilla serua secndũ carnẽ filium ad seruitutẽ, qui eijcitur ne sit hæres cũ altero filio, suscepisse.
- Secundũ, Abrahamũ ex vxore libera per promissionem gratuitam nulla sua vi, sed secundum spiritum Isacum progenuisse, qui etsi ab Ismaele filio seruæ prosequebatur, ipso tamen eiecto hæreditate potitus est.

Gal. 3.22. 23.

Membra sunt

- Sina quæ extra terram promissionis in Arabia sita, qualis est etiam Ierusalem, quæ liberos gignit seruos, qui ex fœderis operũ formula solum, vel alteri adiunctum volunt iustificari, & proindè eijciuntur ab hæreditate, quam nunquam obtinebunt.
- Fœdus gratuitum, qualis est illa cælestis Ierusolyma, quæ filios promissione gratuita, sola fide apprehensa ad salutem secundum spiritum gignit: qui eiectis cæteris qui ipsos prosequuntur, hæreditatem possidebant.

Atq; hactenus de politeia diuina sub Abrahamo illustrata & aucta:

De politeia sub Isacho, ca. 8.

Augmentum sub filijs sequitur	Primò, sub Isacho.	}	Hebr.
	Secundò, sub Iacobo.	}	11.9.

In Isacho est, quod suis scilicet liberis, ex vxoris vnica conceptione susceptis, prædestinationis doctrinam vtraq; decreti specie illustrauit. Rom. 9. 10. 11. 12. 13. 14.

Idq; dupliciter	Decreto.	}	*Ex historia.*
	Incepta impletione.		

Decretum ad preces Rebeccæ, quæ ex timore deum consulebat per prophetam: erat, *minorem*, i. *Iacobum dilectum fuisse*, & ipsum cum posteritate sua hæreditatem, foedera, & symbola ecclesiæ, possessurum, ad doctrinam de decreto electionis in sua persona, & omnium aliorum electorum illustrandã.

Contra autem *maiorem*, i. *Esauum odio habitum fuisse*, & benedictionem externam posteris suis, & ecclesiæ symbolis priuatum fuisse, vt in sua persona & omnibus reprobis, doctrinam de decreto reprobationis illustraret. Ge. 25. 21. 23. 24. 25. Rõ. 4. 5. 6. 17. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24.

Impletio inchoata duplex fuit	Prima.	}	*Ex historia.*
	Secunda.		

Prima, ex pacto fratrum, cum Iaacob fide promissioni dei innitente iureiurãdo interposito primogeniti ius emit: Esau autem profanus, vitam & præsentem necessitatẽ iuri primogeniti præferens, illud iuramẽto adhibito vendidit, nec postea resipuit. Ge. 33. 34. Heb. 12. 16.

Secun-

Secunda, fuit cùm Iacobus ex matris consilio, fide promissionis præteritæ nixus, benedictionem patris à fratre surripuit: Esau autem cùm perdidit, ita vt â patre timoris diuinini frœno cohibito, non modò lachrymis suis reuocationẽ non obtinuit, sed patrem priorem benedictionẽ confirmantem audiuit. Gen.29.30.31.32.35.36.37.Heb.12.17.

Atq; hæc de Isaacho:

Iacobus vero in fine vitæ suæ diuini spiritus instinctu, separatim, quæ filijs omnibus in posteris suis in terra Chanaan posteà euentura fuissent, prædicit: specialiter, autem de Iehuda prophetauit, non priùs Iehudæ genus confusum & distinctæ tribus nomen amissum, regnumue Dei ab ea ad alias gentes deriuatum iri, quàm ex se promissum humani generis seruatorem, qui lux est gentium, genuerit. Ge. 49. 10. In his omnibus autẽ ad se & suos confirmandos præcepit, vt cadauer reportatum ex Ægypto, in sepulchro patrum in Chananæa terra sepelirent. Quod etiam à Iosepho iuramento confirmatum habens: ad ceruica lecti sui baculi sũmitate nixus, gratias agebat. Gen.47.29.30.31.& 49.29.30. 31.33. *De politeia sub Iacobo.ca.9.*

Atque hæc de periodo temporis quæ fuit donec in Egypto collocati fuerint & dum mortuus est Ioseph, qui etiam fratres adiurauit vt illinc ossa sua deportarent. Gen.vlt.25.

In Ægypto augmentũ huiusmodi extitit, vt ad ecclesiasticũ coetũ (aucto populi numero) tẽderet. Exo. 5.29.& 18.7.12.15.& 33.7.& 16.19.34.& 19.22. & 24. 4.5.6.7.8. *De politeia in Ægypto.cap. 10.*

Erat autem duplex, de	Administris Rebus Iehouæ.	Exod.5. 29.

Admini-ſtri erant	Ordinarij. Extraordinarij.	*Ibid.*

Ordinarij, erant ſeniores qui è populo primogenitis adijciebantur, vt eos in gubernandis fidelibus & negotijs Iehouæ grauioribus, vt in cenſuris adminiſtrandis, adiuuarent. Exo. 3. 16. à moderatoribus in opere, nomine diſtinguuntur. Exod. 5. 14. 19. & 17. 5.

Extraordi-narij, ſunt	Prophetæ. Prophetiſſa.	Exod. 15. 1. 20.

Prophe-tæ erant	Moſes. Aaron.	Exod. 4. 15. 16

Moſes erat præcipuus propheta, qui vice Dei, Aharoni conſtitutus, verba dei ori ejus inſerebat. Exod. 4. 15. & 7. 4. 5.

Hujus autē vocatio, confirmationis ſigna, Moſisq; detractatio habetur ex Exod. 4. 5. 6. 7. *capitibus*.

Aharon, tanquam Moſis interpres, regem, & populum alloquebatur. *Ibid. & Exod.* 4. 29.

Miria, erat Prophetiſſa, per quam Deus loquutus eſt: Ea autem mulieribus in cantu publico, quo deum ob liberationem ex Ægypto celebrabat, vt Moſes viris præerat. Num. 12. 1. 2. Exod. 15. 20.

Atq; hæc de adminiſtris.

De rebus Iehouæ ſpecialia ſunt	Doctrina de liberatione ex Ægypto, eiuſq; *obſignatio*. Sacramentum ſiue ſignum fœderis.

Exod.

Exod.4.5.6.7.8.9.10.11.12.*capit.*

Doctrina de liberatione ex Ægypto, est ea doctrina, quam deus Mosi & per ipsum primo populo ad iuramentum Abrahamo factum implendum: posteà Pharrhoni regi reuelauit. *Ibid.*

Huius doctrinæ *obsignatio* erat, quæ per Mosen ita facta est, vt Ægyptiorum diuinis cum ipsis contendentibus, tandem miraculis superiores fuerunt. *Ibid.*

Sacramenta foederis fuerunt
- Ordinarium Paschatis.
- Extraordinarium
  - Baptismi.
  - βρώματος πνευματικος.

Sacramentum Paschatis, est sacramentum secundum ordinarium, de agni Paschalis esu, quo exitus ex Ægypto memoria celebratur, & ita continua in Christo αὔξησις & nutrimentum spirituale obsignatur. Exod.12.1.40. Num.9.1.11. Deut. 16.11.1.2.3.4.14. 1.Cor.5.

Hic consid.
- Partes ejus. — Exod.12.
- Leges adiunctæ. — Exod.13.

Vtræq; sunt
- Ordinariæ, quæ fuerunt statuta per ætates ipsorum in perpetuum. *Ibid.* 14.24.i. *ad Christum.*
- Extraordinariæ, quæ tantum ad Pascha speciale pertinent, vt quod celebrabant adhuc in Ægypto existentes. Exod. 5. 6.7. 8.9.10. 11. 12. 11.12.13.14.15. & 12.46. *cum* Deu. 16.7.

Ordinariæ partes autem sunt,

actiones { Conferentis } { Externæ &
Recipientis } { Internæ.

Conferentis actio externa, erat (a) primum patrisfamiliæ paruam pecudem, integram, immaculatam, annum non excedentem, pro classe sua, i. familia vel eis qui ob insufficientiam suam adiecti fuerunt, iugulantis & offerentis, caput eius cum (b) cruribus, intestinis integra igne assantis, nullo osse fracto cum doctrina proponentis; vt ex ea omnes cum fermentatis & herbis amaris comedant, & si quid reliquũ sit vsq; ad mare, igne cõburant: deinde sacerdotis quæ sacrificanda sunt sacrificantis. (a) Exo. 12. 3. 4. 5. 21. Nu. 9. 1. 7. 2. Chro. 35. 5. Exod. 23. 18. & 34. 25. (b) Exod. 12. 8. 9. 10. 25. 26. 46. Deut. 16. 4. 7. Nũ. 9. 12. 10. 11. 12. Nu. 9. 12. (c) 2. Chro. 35. 11. 12.

Conferentis actio interna. est (a) actio Dei cuiq; fidelium cætui Christum tradentis crucis mortem (nullo osse fracto,) iræq; diuinæ ignem sustinentẽ, Deo pro singulis fidelibus sacrificium oblatum, & per Euangelij prædicationẽ (b) ad ipsos spiritualiter ex Christi vnione in vitam æternã nutriendos propositum. (a) Luc. 22. 15. 16. 1. Cor. 5 7. Ioa. 19. 33. 36. 1. Pet. 1. 19. Esa. 43. 10. 12. & 53. 7. *ex genere ad speciem*. (b) 1. Cor. 5. 7. 8. & 10. 18. Luc. 22. 16.

Recipientis actio externa est, vt pascha ita propositum, doctrinæ sacræ attendentes, cum panibus afflictionis & herbis amaris in memoriam afflictionis in Ægypto, comedant. Exod. 12. 7. 8. 20. Deute. 16. 3. 4. 5. 6. 7. 8. Nume. 9. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

11.12.Exod.13.3.9.

Recipientis interna (*a*) actio est, omnium fidelium fide (*b*) sibi suisq; affectibus renunciare, & passionem dominicam cum animi amaritudine pro peccatis ipsorum futuram intuentes, Christum(*c*) ita propositum sibi applicare, vt cum animi lætitia αὐξήσιν ad æternam vitam continuò in ipso obtineant. (*a*)1.Cor.5.7.(*b*) 1.Cor.5.8. Zach.13.10 12.13.14. ad Exod.12.4. Num.9.11.Deut.16.3.*inter se comparatis*.(*c*)Luc.22.16.*cum* 1.Cor.5. *ex genere ad speciem*, Heb.13.10.

Partes extraordinariæ internæ & externæ inter se

συςοιχοῦςαι sunt { Esui adiunctæ. / Esus formam peculiarem & eo tempore propriã constituens.

Exod.12.7.11.

Esui adiunctæ sunt { Spargendi actio. / Se in domo continendi actio.

ibid.22.Marc.14.18.26.

Spargendi actio erat, qua ex sanguine paschatis, duobus postibus & superliminari in vnaquaq; edẽtium domo imponebant, vt Deus sanguinem videns transiret eos, ne in ipsos iudicia exerceret. Exod.12. 7.13.23.

Interna actio huic respondens erat, vt fide in ecclesia vera corpore Christi, ipsiusq; domo nos continentes, sentiamus nos a communi improborum iudicio liberatos iri. Esa.26.27.2.3.4.

Esus formam peculiarem constituens, est actio, qua lumbis succinctis, calceamentis ad pedes, & baculo

culo in manu, cum festinatione comedebant, parati ad iter. Exod.12.12.

Interna actio, est actio fidei, qua Christum fide amplectentes paratissimi sunt, ad se ab omni eorum impietate & immunditia omni, subducendum. 1.Pet 1.13.

Atq; hæc de partibus:

Leges adiunctæ sequuntur ordinariæ & extraordinariæ.

Ordinariæ sunt de	tempore eiusq; ritu. personis.	Exod.12.42.43.
De tempore ritus erat de	mense. Die.	Exod.12.vers. 1.2.3.6.

De mense lex erat, vt ille mensis Abib, nostro Martio respondens, esset primus inter menses cuiusq; anni sacri. Exod.12.2.3. Leu.23.1.2. Num.9.1.2.3. Deut.16.1.

Annus sacer, est annus, ad redemptionis, & festorum sacrorum rationem, suo cum initio, tum fine a ciuili seperatus. *ibid.* & Act.23.11.16.& 34.& 22 Leu.25.9.12.23.24.

Ciuilis, erat annus naturalis 12. mensiū, incipiens a septimo mense, Septembri scilicet. *Ex praeced. &* 1.Reg.8.2.*cum*.Leu.23.24.

Hæc autem differentia constituta erat, vt *adumbraret* in *Christo* omnia tempora nomini, cultuiq; Dei sanctificata esse, neq; ritibus anniuersarijs opus fore. *ibid. a genere & partibus analogos con- confirmatur*. Col.3.16.17. Esa.66.23.

De

De diebus leges erant, de diebus { Paſchatis.
Cõuocationis ſanctæ in paſchate.

Dies Paſchatis duplex erat, { Prior, erat decimus cum ſeligeretur parua pecus, vt eſſet in cuſtodia vſq; ad decimum quartum diẽ huius menſis primi
Secundus, erat decimus quartus, cum iugularetur.

Exod. 12.3.5.

Qua *figurabatur Chriſtum ab* vtero primo ſegregatum, & cuſtoditũ fuiſſe, ad diem mortis quo fœdus ſanciret morte ſua. Eſa. 49.1.2.3.4.8.

Conuocationis dies erat { Primus.
Septimus, id eſt, vltimus paſchatis.

Exod. 12.16.

Quibus ex partibus extremis, eius ſpatij, quo vita noſtra in *Chriſto* ſanctificata *ſignificatur*, totam vitam ab initio vſq; ad finẽ deo ſanctam & conſecratã eſſe debere adũbratur. *analogos ex* 1. Cor. 5.7.

Ritus tempori paſchati toto adiunctus erat, vt primo eius die, iam omne vetus fermentum e domibus amouerent, & tantummodo per ſeptem plenos dies panes azimos comederẽt, qui ſecus fecerit, anima eius excidetur ex Iiſraele. Exod. 12.16.

Significabat autẽ vt a primo die, quo in *Chriſtum* crediderimus, tũ ſinguli per totam vitam malis doctrinis & moribus ſe purgarent ad finem vſq; tum cœtus quiſq; mali exempli homines, excommunicationis cenſura ab ipſis ſegregarent. *a Math. a.c.b.b.* 1. Cor. 5.6.7.8.

Leges

Leges de personis sunt de { inquilinis, indigenis. } Exod.12.49.

De inquilinis lex erat, vt qui simpliciter erant inquilini,id est, infideles & incircumcisi, nullo modo paschate fruerentur, nec cultum eum exercerent.Esa.12.45.

Qui vero indigenæ erant, vel alinigenæ ad fidé conuersi,& circumcisi, hanc cultum obseruare tenebantur cum eadem lex esset vtriq;. *ibid.*

Huius Æquitas perpetua, ad legem de ijs qui sacramentis admittendi sunt pertinēt. Act.2.39.Act.10.47.1.Cor.7.15.

Figurabat, nullum corde præputiatum fore Christi participem.Ezech.42.8.9.

Hæc de ordinarijs.

Lex extraordinaria erat, vt ea in singulis domibus seperatim ederetur.Exod.12.46.*cum* Deut.16.7.

Atq; hæc de paschate: Sequitur de sacramentis extraordinarijs.

Et primò de baptismo extraordinario, sic per synechd.dicto.

Baptismus extraordinarius, erat primum extraordinarium sacramentum, de baptismo in nube & mari, opera Mosis, quæ κοινωνίαν cum Christo ipsis obsignabat. 1.Cor.10.1.2. Psal.77.12.13.14.15.16.17.18.19.

Eius duo membra, actiones { Conferentis. Recipientis. } Num. 9.19. 20.21.22.Exo. 14.17.18.19.20.21.22.23.24.

Actiones

Actiones conferentis externæ & internæ duplices { prima in Nube. / secunda in mari.

Psal.77.18.19.20.21.& 78.13.14.

Prima in nube erat {
Christi, vt domini & regis ecclesiæ, qui ipsos ad sanctuarium ducebat, prius ipsos, postea tabernaculum nube & columna ignis; hac ipsos baptizante & rigante & ab omnibus tum hostium tum coeli iniurijs tegente, illa noctem ad iter illustrante. Exod.13.21.22.& 19.20. Deut.1.33. Num.18.19.20.(*a*)Num.9.19.20. (*b*) Psal.77.18.19.1.Cor.10.2.
Administri Mosche, verbo Dei & precibus externa illa sanctificãte. Num.9.10.35.36.1.Cor.10.2.Psal.77.21.

Secunda in mari erat { *Christi* / administri } *ibid.*

Christi actio erat, vt domini mare pro Israelitis abigentis & diffidentis, vt esset vtriusq; murus, & via strata in medio per fundum maris: in Ægyptios ad vim suam pristinam rursus reducentis, vt ipsos excuteret. Exod.14.21.

Administri Mosis, qui Deo inuocato, verboq; proposito baculum attollebat, & manum ad mare extendebat, vt illud cum opportune finderet, tum ad fines prædictos reduceret. Exod.14.15.16.31.

Actio prima interna, est Dei ipsis se (*a*) offerentis, vt quemlibet eorum coelum in suam fauorem & custodiam

custodiam receptum (*b*) in Christo remissione peccatorum, iustificatione, sanctificatione, & alijs donis, lauaret & rigaret, in perniciem omnium inimicorũ, & ipsorum salutem. (*a*) Psal. 77.9.10.13.14.15.16. Esa. 4.4. (*b*) 13.21.22. & 14.14. Esa. 4.4. *cum* Psal. 77.8.10.16. & 1. Cor. 10.2. (*c*) Esa. 4.5.

Actio secunda interna erat, Dei, ipsius *Christi* mortem & mediationem, viam ad æternam salutem vndiq; ab inimicis tutam, imò ipsos deuorantem offerre, vt per eam incederent ad æternam vitã. Psa. 77.15.16.17.21. & 106.7.8.9.10. 1. Cor. 10.1.2.

Atq; hæ sunt conferentis actiones.

Actiones autem recipientium tum { externa / interna } duplices etiam.

Actio in nube erat, vt se ad nubem & ignem reciperent, vt ad tegmen & viæ ducem. Exo. 31.21. Nũ. 10.18.19.20 21.33.34.35.

In secunda, vt per aridum in mari, salui transirẽt. Exod. 14.22.29.

Interna prima erat, vt per *Christum* in Dei fauorem & gratiam æternam, ad beneficia omnia prædicta, in æternam vitam percipienda, se recipiant. Psal. 77.9.10.13.14. Esa. 4.4. 1. Cor. 10.1.2.

Interna secunda, vt per *Christum*, viam, & vitam, eiusq; mediationem, per omnia, per fidem, ad æternam vitam, pergerent. Psal. 77.9.10.21. Exo. 14.31. 1. Cor. 10.1.2.

Atq; hæc de sacramento Baptismi extraordinario: Sequitur extraordinarium πνευματικȣ βρώματος *Sacramentum.*

Erat autem ſacramentum extraordinarium, quo per manna e cœlo, & aquas e rupe, continuum in Chriſto nutrimentum ex fœdere Dei *obſignabat*. 1.Cor.10.3.4. Exod.16.13.Pſal.77.6.7.8.22.23. & 105. 41.42.43.

Eius ad plenum in *Chriſto* nutrimentum *obſignandum* duo membra { primum de cibo. ſecundum de potu. 1.Cor.10.3.4.Pſal.77.20.& 105.40.41.

In priore membro externæ actiones erant { *Chriſti.* ipſorum. Exod.16.5.6.7.8.9.14.15.17.

Chriſti, qua iuxta verbum Dei, ab ipſo Moſe & Aharone prolatum, e cœlo Man quotidie dabat, in quotidianum & continuum cibum, cuiuſq; familiæ.

Man erat cibus paratus, e cœlo dilapſus, quaſi ſemen coriandri, album, ſapore vt cruſtuli melliti. Exod.17.32.

Ipſorum actio erat, vt omnibus excepto Sabbati diebus colligeret quiſq; pro familiæ ratione, ita vt parum colligentibus non deeſſet, multum vero non redundaret. Exo.16.17.18.19.20.

In hoc membro, actio interna Dei erat, *Chriſtum* e cœlo deſcendentem offerentis, vt fide corpus ipſius & ita ipſum, totum hominem nutriret ad vitam æternam. Exod.16.17.Pſal.105.40.Ioh.6.32.33. 35.38.39.1.Cor.10.3.

Illorū,

Illorum, erat vt *Christi* corpus, adeòq; ipsum *Christum* & in illo εὐλογίαν (fide augente) sibi magis magisq; applicando, in cibum & αὔξησιν spiritualem acciperent: vt in christianam æqualem & communioni sanctorum respondentem communicationem mutuam, abirent. Ioa.*6.35.51.54.55.56.58.* 2.Cor.8.13.14.15.

In posteriore membro, actio externa erat, ex Dei quidem mandato, actio Mosis & Aharonis petram alloquentium & percutientium ante populi oculos; ex ipsorum vero inobedientia, populum alloquentium & bis petram virga percutientium; qua ex petra flumina continua, ipsosq; per siticulosa comitantia educebant & coetui ipsorũ ac animalibus in potum tradebant. Num.20.8.9.10. Psal.105.41. 1.Cor. 10.4.

Ipsorum actio erat, vt ipsi cum iumentis illorum continuò biberent in deserto.*ibid.*

Actio interna Dei erat, Christum populo offerre, vt fide ex ipsius sanguinis, adeoq; ipsius commune participes: quotidiana & in perpetuum flumina aquæ vitæ, ex virtute ipsorum fluentia haurirent: Esa.51.1.2.Ioa.7.37.1.Cor.10.4.

Actio interna ipsorum erat, vt fide indies augẽte, prædicta reciperent.*ibid.*

Atq; hæc de sacramentis: Sequitur de figura serpentis.

Figura serpentis hæc erat, vt ex populo presterũ morsu moribundi, peccata confitentes, & in serpentem æneum perticæ impositum intuentes: sanitatem reciperent.

recipérent.

Significatio erat, fideles diaboli morsu in æternũ morituros peccata confitentes: ex fidei in *Christum* cruci affixum intuitu, sanitatem ad vitam æternam recipere. Num.21.5.6.7.8.9. Ioa 3.14.15.& 12.32.

¶ LIBER SEPTIMVS.
De politeia diuina ecclesiastica. cap. 1.

ATq; hæc de politeia quatenus familia conformata erat: Sequitur de ecclesiastica politeia diuina.

Ecclesiastica politeia, est *politeia diuina*, quatenus ad particulares ecclesias, coniunctim, & sepetatim regendas, sit instituta a *Christo*. Leu. 4. 13.14. 15.21. & 8.4.35. & 9. 1. Num.5. 6.7. 41. 45. 2.Cro. 13.9.11.12. & 19.5.8.11. & 30.23. Hhezr. 10.8. Psal.89.6. 8. 107.32. Mat. 18. 16. 17. 18. Act. 6. 1. 2. 3. & 11. 29. 30. & 14. 23. & 15. 22. & 20.17. 1.Cor.5. 13. & 11.2.3. & 12. 27.28. *cum* Eph.4. 11. & 14.33. 34. 1. Tim. 3. 15. Tit. 1. 1. 2. 3. Iam. 5. 14. 1. Pet. 5. 1.

Ecclesia particularis, est is cœtus particularis fidem profitentium, qui ad omnia, saltem ordinaria diuinæ politeias munera obeunda, idoniè constitui & secerni possunt. 1.Sam.10.5. Psa.78.8. & 107.32. & 111. 1. Esa.4 4. & 62. 8. Luc. 5. 17. Math. 4. 23. & 18. 17. Act. 14. 23. & 20. 17. Rom. 12. 4. 5. 6. 7.8. 1. Cor. 4 17. & 14. 33. 34. & 16. 1. 1. Tim. 3. 15. Phil. 1. 2. Tit. 1. 2. 3. 4. 5. 1. Pet. 4. 11. & 5.1. Iam. 5. 14. Apoc. 1. 20. & 2. 1.

Vnde & conueniendi locus synagoga primò. Psal.74.8 posteà ecclesia dicitur.1.Cor.14.

Quare primò, verbum hominibus prædicandũ, vt Deo adducantur,& quantum fieri possit in ordinem redigentur: posteà si tum non fuerint ad hoc idonei,ferendi sunt donec maturi sint, posteà ecclesiæ constituantur. 2.Chron.17.6.7. Act.14.21.22.23. 1.Tim.1.3.& 2.1.Tit.1.5.

Quare huius politeias duo sunt membra { de administris vel muneribus sacris. / de sanctis vel reliquis membris. }

1.Cor.2.Chro.17.8.11.Hesr.10.8.Phil.1.2. Rom.12.7. 8.Heb.13.24.

De muneribus sacris.cap.2.

Prima de administris,omnes leges quas Deus de administris tradidit, explicat. Num.4.2.3. 23.39. 1.Cor.15.13.1.Cron.25.1.2.3.*cum* 29.25.1.Tim.3.17. Tit.1.2.3.4.5.6.&c.

Omnibus administris communes leges,sunt de ipsorum vocatione,& ordinatione. Heb.4.5. Num. 17.9. 2.Sam.6.7.2. Reg.15 5. Num.16.32. Mat.28.19. Luc.2.49.Mat.28.19.

Sunt autem de vocatione duæ.

Prima, vt (*a*) ad ecclesias certas & particulares tantum vocentur ordinarij politeias administri, vt ibi munere diligentissimè fungantur, possunt tamen ad ecclesias reducendas, vel primo adducendas Deo, ciuitates,& pagos passim obire,& iustis de causis apud alias ecclesias, quæ donis & vocationi suorum respondent, auxilium ex consilio communi præ-

ftare.2.Cro.17.6.7.8.Col.1.7. *cum* Col.12(*b*)Cæteri vero prout a Deo, eiusq; spiritu ducũtur muneri incumbant. (*a*)Leu.4.15.2.Cro.19.8.11.Psal.74.7.8.Esa. 4.4.62.8.Ier. Luc.5.17.Act.14.23.Tit.1.5.Phil.1.1. Act.20.7.Act.15.1. 1.Pet.5.1.Iac.5.14.Rom.6.12.Act. 6.1.2.Col.1.7.& 4.17.(*b*)Ion.1.3.& 4.2.*& omnibus prophetiæ Esa.Ezech.* Act.13.1.4. & 8.25. & 16.9. Vnde spiritu deuicti pergebant.Act.20.22. Vnde spiritus opera etiam sæpius immediatè translati sunt. Ezech 40.1.Act.8.38.

Secunda est de vocationis partibus, tum { electione. / ordinatione.

Electio, est prima vocationis pars, qua qui ad munus ordinarium promouendi sunt : ex iudicio totius ecclesiæ, vel maioris partis, designandi sunt. Leu. 8.4 Act.1.& 6.6.& 14.23.1.Cor.8.19.Col.1.1.

Huius autem partes sunt munus { Administrantium. / Populi.

Leu.8.4.Act.14.23. & 6.6.

Administrãtium munus est, vt tam de donis specialibus, quam de moribus diligentissime exquirẽtes reliquis in sententijs ferendis præeant . Leu.8.3.4.5. Num.8.9.10.Act.14 23.

Populi est , consensu electionem approbare & stabilire. *ex præced.ibid.* & Act.1.26. Act.6.6.& 14. 23.2.Cor.8.19.Gal.1.1.

Hic autẽ ratio ordinaria est, administrantes prius probatos, populo sistendi, vt ipsi post tempus idoneum, vel consensum præbeant, vel si objiciendũ quid habeant, obijciant, difficultate expedita acquiescant

(*b*)si vero non fuerit, vel alius quærendus, vel causa iudicibus quorum interest (& qui postea dicuntur) deferenda, vt ipsi vel electionem stabiliant, vel irritam faciāt. Act. 14.23. & 6.6. *ex analogia.* (*b*) 2. Cro. 30.23. Tamen, cùm specialis causa subest, vt in ecclesijs primo constituendis, & suspitio aliqua ex populo eximenda, tum etiam potestas populo sistendi apud administros facienda est. Deu. 1.13. *per comparationem minoris cum* Act. 6.6.

Atq; hæc de electione.

Ordinatio altera pars legittimæ vocationis, est designati ἀφορίσμος, & solemnibus cum ceremonijs quibusdam in suum munus quasi inauguratio. Num. 8.1.2.3.4.5.

Ceremoniæ sunt, Primò, vt adhibeantur ad illum finem preces publicæ ad eam rem accomodatæ. Posteà, vt impositione manuū ad peculiare suum munus coram omnibus inauguretur. Act. 6. & 14.23. & 13.3.4. 1. Tim. 4.14.

Hac autem ceremonia confirmabantur electi a Dei quasi manu se ad munus seperatos, & donis ornatos fuisse, quodsi impleuerint, ipse continuo eis in omnibus tentationibus adfuturum: sin minus omni modo seuere vindicaturum. Act. 6.6. & 13.2.4. Eligentes autem erudiuntur, vt a Dei manu hominem accipiant, & ipsi subijciantur. *ibid.*

Atq; hæc de communibus affectionibus: Munerum species sequuntur.

Sunt autem { Presbyteri. / Thesauri diuini οἰκονόμοι.

Presbyteri,

Presbyteri, sic synechd. dicti, quod pleraq; seniores erant, sunt ecclesiæ præfecti siue προϊσαμένοι, & episcopi, qui ad ecclesiam pascendam, pro cuiusq; ratione, constituti sunt. Eph. 3. 20. 28. 1. Pet. 5. 1.2. 3.4. vnde gubernatores dicuntur. 1. Cor.12. Leu. 4. 13. 14. 15. 2. Reg. 6.32. Ier. 19. 1. Ezech. 8. 5. Neh. 8.5.8.10. Act.4.5. & 6.12. & 5.21. & 14.23. & 15.2. Ro. 12.6. 1. Cor.12. 1. Tim.5.5. 1. Pet.5.1.

Specialia in his promouendis sunt in { examinatione, ad ἱκανότητα gubernandi donũ. 1. Cor. 12.28. / electione, ieiunia. Act.13.2. & 24.23. Hes.8.24. }

Horum autem munus duplex { Simplex. / Compositum. }

Neh.8.5.9.10. 1. Tim.5. *cum* Mat.18.17. & 1. Tim.4.

Simplex munus est, ex quo est compositum. *ibid.*

Est duplex { Presbyteri, tantum. / Administri cultus publici. }

Neh.8.5.9.10. Act.4.5. & 6.12. & 5.21. 1. Tim.5.

Tantum presbyteri sunt, qui in ecclesiæ tantum εὐταξία procuranda ad cultus administrorum adiumentum singulare versantur. *ex praeced.* Neh. 8. 5.9.10. Act.4.5. & 6.12. & 5.21. 1. Tim.5.17. Iac.5.14.

Eorum muneris membra duo { Primum, quod ipsi præstant sũmo studio. Rom.12.6. / Secundum, in malis ecclesiæ deferendis. 2. Reg.6.32. }

Primi etiam duo membra { Primum, quod in conuentu ecclesiastico moderando constat.
Secundum, quod alias agant.

Hesr.10.8.9.10.11.1.Tim.5.17.

Primum est, vt omnia pacificè & decorè in cœtu agi prouideant, vt qui separandi sunt a sacris, prout causa postulat, arceant, vt in mysterijs & sacramétis celebrandis ministris adstent, & eos adiuuent. Neh.8.5.Luc.4.20.Act.13.15.& 18.8.

Secundum, vt bonum ecclesiæ aliâs procurent. duo etiam habet membra.

Primum vt excubias & vigilias ecclesiæ agant, vt singulorum ritus, mores, profectus defectusq; notent.1.Thes.5.19.Heb.13.17.

Secundum, vt remedia præstent, ἀτάκτους mouendo, pusillos animo consolando, sublenando infirmos, ægrotos visitando, preces pro ipsis vt necesse fuerit concipiendo, ea deniq; omnia pro suorum modulo præstando, quæ ad ecclesiæ ædificationem sint profutura. 1.Thes.5.14. Iacob. 5.14. Rom.12.6. 2.Thes.3.15.

Quod ad mala ecclesiæ deferenda pertinent, ipsorum officium, vbi ipsi remedium necessarium & plenam curationem præstare nesciant, vt sedulo, si doctrinam postulat, doctoribus, si vero exhortationem, pastori deferant, vt ipsi suas partes agant. *analogos ex* Rom.12.6.7. & Act.20.28. & Leu.13.2.3.4. & Mal.2.6.7.

Atq; hæc de præsbyterorum munere simplici: Sequitur de administris cultus diuini.

Sunt

Sunt autem qui etiam conseruationem cœtus in diuinis publicè administrandis versantur. Neh.8. 4.5.Act.6.2.3. Ro.12.5.6.Eph.4.11. 1.Pet.4.11. 1.Tim. 5.15.

Res Iehouæ hic speciales sunt { *Sacra scriptura.* / *Media fructus earũ percipiendi* } 2.Pet.9.10.

(a)*Sacræ scripturæ*, sunt scripturæ(*b*)θεόπνευστοι(*c*)ad perpetuã ecclesiæ προφητείαν. (*d*) Προφητεία autẽ omnem ecclesiasticum scripturæ vsum cõprehendit(*e*)siue recitatione, siue interpretatione, ad opus vllũ ministerij constat. (*f*)Hinc ergo, *scriptura sacra* appellatur, quia materia tota, adeoq; dictionis, scriptionisq; series, totaq; comprehensio, diuina inspiratione in hunc vsum sanctificata, seperata sit,(*g*)κατα ἐξοχὴν scripturæ,(*h*)scriptura recta, verba fidelia, sermo (*i*) propheticus, (*k*) scriptura prophetica, dicũtur. Vnde ob formã,(*l*)verbũ, sermo, oratio, oraculaq; dei, dicũtur.(*m*) Ob materiam vero, iura, testimonia, statuta, præcepta, doctrina Dei, (*n*) canonicæq; scripturæ, quod *veritatis quæ est secũdum pietatem* canonem, perfectamq; viam contineant. Vnde via Dei dicitur.(*a*)Rom.1.1.(*b*)Eccl.12. 13. 1.Tim.3. 16. 2.Pet.1. 20.21. Ier.36.4.(*c*)Exod. 23. 4. & 18. 19. 20. Deut. 31. 10. 11. 12. 13. &c.Ios.1.8.9. Pro. 1.1. 2. & 22. 20. 21.Eccl. 12. 13. Mat. 5. 17. & 7. 12. & 22. 29. & 26. 54. 56. Luc. 16. 29. & 24.27.Ioa. 5.30. Act.17.11. & 20.15. & 26.22. Rom.1.1. & 2.17. 18.19.20.21.& 15.4.1.Cor.4.6.& 10.11. Eph.3.3.& 6. 7.Col.3.16.& 4.16. 2.The.2.2.15.& 3.14.1.Tim.3.14.

De sacris scripturis cap.3.

Tit.1.9.1.Pet.1.13.12.14.15.16.17.2.Pet.3.1.2. 1.Ioh.4.
12.13.14.Iud.1.3.Apoc.1.3.(*d*)1.Reg.18.29. 1.Cor.15.
1. vnde etiam qui vllo modo scripturas in ecclesijs
tractant, prophetæ dicuntur. 1.Cor.13.13.& præcipue, qui ad διδασκαλίαν, siue παράκλησιν interpretantur, prophetæ dicuntur. Rom.12.6.7. & actio ipsarum prophetia.1.Thes.5.23.(*e*)Neh.8.9.Luc.4.16.
17.20.21.Act.13.15.& 15.21.(*f*)1.Tim.3.14. *ex notatione, & per analogiam*.Ex.1.Cro.12.19(*g*) Ioh.5.
39.(*h*) Eccl.12.10(*i*)2.Pet.1.20.(*k*) Rom.16.*fine*(*l*)
Act.7.38.Rom.3.2.Col.3.16.1.Pet.4.11.Heb.4.12.(*m*)
Psal.147.19.& 119.1.2.3.4.5.6.(*n*)Gal.6.16.

Scriptura sacra, vt omnium scripturarum caput est, & respectu, tum causarum, efficientis Dei spiritus materiæ, *veritatis quæ est secundum pietatem*; formæ, absoluta dictionis, vel scripturæ comprehensione, tum effectorum, & adiunctorum, vtpote(*a*)vbertate, (*b*)facilitate(*c*)profunditate, singulari breuitate(*d*), orationis gratia, (*e*) omnibus deniq; modis perfectissima, & suiipsius(*f*)absolutus interpres: ita (*g*)etiam ecclesiæ κιβώτῳ maxime, ex parte vero(*h*) diuina prouidentia, absoluta, integra, inuiolataq; custoditur in Seculum. (*a*)Psal.119.(*b*)Psa.19.8.2.Pro.
1.4.& 8.9. Psal.119.18.(*c*)Psal.119.18. 2.Pet.*vlt.fine de Paulis epist.*(*d*)Luc.4.Ioa.7.16.Pr.8.5.6.7.8.Ecc.
12.12.13.Pr.30.5(*e*)Psa.19.& 119(*f*)Neh.8.9.10.Mat.
3.2.3.4.Rut.7.2.& 8.*fine*.Esa.59.21.Ioa.5.21.2.Tim.3.
16.Act.17.& 18.19.(*g*)Deu.31.24.25.26.Ne.8.1.2.Ne.
10.30.31.35. Est.9.32.Pr.25.1.2.3.Ecc.12.14.Exo.43.11.
Dan.12.4.Ion.3.2.Act.13.15.& 15.21.2.Pet. *vlt.fine.*

Luc. 1.2.3.4.Ioa.20.30.24.25. 1.Tim.5.14.*cum* 2.Tim. 2.2.2.Theſ.2.1.2.3. 1.Tim. 4. 1. 2.Pet. 1.16. & 3.1.2. 16.17. 1.Ioa.1.4.Iud.1.1.Apo.1.(*h*)Deu.31.24.2.Reg. 2.2.8.Ier.36.27.28.32.Eze.45.11.Dan.12.4.Mal.*vlt*.22. *De lege Moſchis*. Luc.24.27.& 16.29. Pſal.119.52. Mat.5.17.Apoc.22.9.18.19.Rom.16.26.Quæ omnia,ſi de vetere,tum de nouo,ſi de vna parte,tũ de altera: ſi in finem ſpecialem,tum in communem,& perpetuum,intelligi debent.

Scripturæ varijs βίβλιοις, i. libris continentur. Luc.5.17.Ioa.20.30 Heb.1.19.

Libri hi ſinguli conſcripti & exarati ſunt opera ſanctorum hominum , i. eorum qui donis, ductuq; ſpiritus ſancti inſtructi,in hoc opus ſanctificati fuerunt. 2.Pet.2.*vlt*.quia autem ſpiritus tantum inſtrumenta & organa fuerunt.Ier.1.9 Nehe.10.3.Eze.1.3. *Inſcriptio Euangeliſtarum*. Apoc.1. 2. 3. &c.

Nonnunquam nominibus, notiſq; quibuſdam indicantur : nonnunquam autem de vtriſq; altum eſt ſilentiũ: vt *ex libris Moſchæ & Ruth liquet*. Omnes autem vel à ſpiritu prophetico , quo in hũc finem afflati ſunt,Prophetæ & viri ſancti Dei, vel à munere ſuo,Apoſtoli fuerunt,& dicuntur. Eph.2.2. & 3.5. 2.Pet.1.21.

Hi libri omnes partes habẽt { Inſcriptiones. Tractatus. }

Inſcriptiones,ſunt librorum breues diſtinctiones, ſiue deſcriptiones,nunc ex ſcriptoribus,nunc ex materia,nunc ex forma,nunc ex vocibus quibuſdam librorum deſumptis,& quam ſimpliſſimè ſapientiſſimeq; libris adiectis.

Hoc

Hoc autem (*b*) vel ab authoribus ipsis, (*b*) vel ab ecclesia, (*c*) deo pro prophetas & apostolos illud cōfirmante, & obsignante factum est. Quod vt in libris antiquis perspicuum est, tum ex inscriptionum conuenientia, & pondere, tum ex approbatione spiritus sancti in nouo testamento, ita multo magis de nouis libris sine omni dubio iudicandum est, quia nec inscriptiones inferiores, nec Dei, ecclesiæ aut Apostolorum sollicitudo hac in parte minor extitit. (*a*) Pro.1. Eccle.1.2.& 12.*fine*. (*b*) Pro.10.1. & 25.1. (*c*) Luc.24.44. Act.7.42.

Scripturarum libri sunt vel { δογμάτικοι. / δίηγητικοι narratiui. }

Δογμάτικοι sunt, quibus doctrina sacra tantum proponitur & explicatur. *Vt Prouerb. Eccle. epistolæ.*

Narratiui sunt, in quibus cum sacra doctrina ad eius confirmationem, explicationem, illustrationemq; res narratur. 1.Cor. 10. 11. 2.Pet. 2. 6. Iud. 5. 6. Mat. 22. 40.

Sunt autem { Historici. / Prophetici. } *Ordo veteris testamenti, Euange. & Apocalyps.*

Historici, qui ecclesiæ historiã de rebus gestis & Christi lineã in fines prædictos continent. Ibi. Luc.1.2.3.4. Ioa.20.30.

Hi libri spiritus sancti recordatione nituntur, *vt ex Gen.*1.2. Iud. 16. 30. 31. Ioa. 21. 24. 25. *comp.* Ioan. 14. 26.

Prophetici libri, qui rerum gerendarum, præci-

puè verò *Christum* eiusq; ecclesiam spectantium, perfectissimam seriem in fines prædictos continent. Reu.1. Hi libri spiritus ἀποκαλύψει nituntur. Esa.1.1. Ier cap. Ezech.1.2.3.&c.1.Pet.1.11. Ioa.16.13. Apoc.1.1.2.3.4.

Atq; hactenus de communibus librorum affectionibus, quorum omnes in vnum volumen contracti Biblia per synechd: & per meton. & synech. liber fœderis, siue fœdus dei dicuntur. Exod.24.7.

Hi sunt vel fœderis. { Veteris. / Noui. } Iere.32.33.

Veteris fœderis libri sunt, qui præcipuè fœdus vetus, eiusq; adiuncta, & fines ad *Christum* spectantes, explicant. *Ibi*. Vnde omnes in vnũ volumen vetus testamentum vulgo, & quia maxima ex parte à legis capitibus depẽdẽt, libri Mosche & prophetæ. Mat.22.40. totum vetus testamentũ, lex dicitur, Mat.5.17. Ioa.10.34.& 15.24.

Veteris testamenti sunt vel { *Libri Mosche quinq;.* / Prophetæ metonym. efficientis ita dicti. }

Mat.22.40.& 5.17.& 11. 13. Luc. 16. 29. Act.24.14. & 26.22.

Libri Mosche, sunt libri ab ipso scripti, de origine mundi ecclesiæq; & vtriusq; progressu donec tota sacra doctrina scriptis populo tradebatur. Vndè hi libri fons & fundamentum omnis sacræ doctrinæ existũt, quorum explicatio illustrior, in reliquis, tum veteris tum noui fœderis libris, continetur. Deut.31. 11.12.31.32. Nehe.10.30. Mal. *vlt. fine.*

Hinc

Hinc etiam κατ' ἐξοχὴν lex, & lex Mosche dicitur.

Ex Prophetis quidam libri eorum partes quædam ad memoriã alphabetico ordine, i. singulis versibus, vel versuũ certis periodis literis alphabeticis incipientibus conscripti sunt, *Lament.Ier.* Psal.119.

sunt { Narratiori. / Dogmatici. }

Narratiui sunt { Historici (qui & ab Hebræis) anteriores Prophetæ, quod res gestas explicant, dicuntur. / Prophetici posteriores, quod res gerendas prædicunt. }

Historici reliqui sunt vel { De Iudæorum ecclesia. / *Liber Iob.* }

De Iudæorum ecclesia sũt de { Iudæorum aduentu in terrã Chanaan. *Liber Ioshuah.* / Ipsorũ conditione post terrã ad hæreditario possidendum acceptã. }

Liber Ioshuah, est historia de rebus memorabilibus à Deo pro Israelitis gestis, inde à morte Moschis ad mortem Iehoshuæ, ad fidem suam in promissis confirmandã & promissa implenda, est historia annorum, 17.

De ipsorum conditione pòst terrã sanctã hæreditario possidendam acceptam, sunt historiæ sacræ

de ijs { Quæ gesta sunt donec penitus collapsa sit Iudæorum Resp. / Quæ gesta sunt posteà. }

*Mat.*1.*fine.Genealog.Christi.*

Priores

Priores historiæ sunt
- De rebus gestis dum respublica à iudicibus ad Samuelem administrata sit.
- De rebus gestis dũ à regibus à Samuele ad deportationẽ administrata sit, ad regni mutationes varias, ecclesiæq; statũ in huiusmodi mutatione demonstrandum.

Prioris generis historia
- Cõmunis, vt *Liber Iudicum.*
- Particularis. *Liber Ruth*

Liber Iudicum, est historia de statu reip. Israelitarũ à temporibus Ioshuæ ad Hhelin sacerdotem, vt ex ipsorum peccatis, Dei reuocationibus, tum monitis, tum iudicijs, corruptissimæ in religione & moribus reip. imago conspiciatur. Estq; historia annorum nonaginta nouem.

Liber Ruth, est historia de ipsius pietate, nuptijs primis & secundis, semineq; ipsius ad Dauidem, ad *Christi* genus secundum carnẽ explicandum, & Dei cura erga vnicam familiã sanctam è patria fame, siue alia afflictione pulsam.

De rebus gestis ab Hheli sub regibus ad deportationem
- *Libri Samuelis.*
- *Libri Regum & Chronic.*

Libri Shemuelis, sunt historiæ de rebus gestis sub iudicibus, Hheli, & Shemuele, & regibus Shaule & Dauide. Historiam continent annorum. 120.

Regum libri sunt historiæ de rebus gestis, regũ Iehudæ & Iisraelis: per annos. 438.

Chronicorum libri, sunt historiæ de ortu & propa-

propagatione gentis Iisraeleticæ, vsq; ad reditum à captiuitate babilonica, cum repetitione dilucida & necessaria historiæ secundæ *Shemuelis* & librorum Regum, ad totam sacram historiam, & *Christi* genealogiam quam clarissimè explicandam. Continent historiam annorum. 3457.

De ijs quæ gesta sunt, postea,

sunt in { Iudæa. Babilonia. }

In Iudæa, à reducibus post 70. annos ad *politeiam* tum ciuilem, tum ecclesiasticam restaurandam ad perpetuum in hoc negotio exemplum

sunt { *Ezra.* *Nehem.* }

Hhezræ liber, est prima pars historiæ Iudæorum reducum, de ijs quæ gesta sunt inde, ab edicto Cyri, vsq; ad decimum nonũ annum Darij Artaxerxis longimani. Estq; historia septem septimanarum annorum, de quibus Danielis 9.28.1. annorum quadraginta nouem.

Nehemiæ liber, est altera pars eiusdem historiæ, quæ instaurationem Ieruschalimorum correctionem reducis populi, & labentis cultus Dei describit.

Estq; historia, quasi 7. annorum à 20. longimani ad regnum Darij vltimi.

De Babilonia est *liber Esthere*, quæ est historia de diuina administratione erga ecclesiam captiuam, à temporibus Darij Ashueri filij Hystaspis.

Est historia quasi annorum octodecim.

Hacte-

Hactenus historiæ de Iudæorum ecclesia.

Liber Iob, est sacra historia de memorialibus quæ Iiobo eiusq; amicis euenerunt, ad ecclesiæ post Abrahamum inter gentes delitescentis conditionem explicandam, & tum Dei erga suos prouidentiam, tum suorum in similibus pietatem, patientiamq; sũmam describendam, scripta.

Libri Prophetici veteris testamenti sunt { Maiores. / Minores. }

Et vtriq; rursus sunt { Ante captiuitatem, vt qui eam, excidiumque per Babilonias, aliaq; mala grauissima erga gentes vniuersales prædicunt. / Post editi. }

Maiores sunt qui longiores prophetias continent.

Ante captiuitatem scripti maiores, sunt prophetiæ, quæ primo Iudæis captiuis, posteà omnibus gentibus, iudicia communia, & singularia, denunciant; de Christi verò persona, officio, ecclesiaq; amplissimè, & ad singulares circumstantias accuratissimè, prædicunt.

Sunt { *Ieschahbia.* / *Ieremia.* }

Ieschahbia, quæ vt describitur 10. ver. cap. 1. est ea quam vidit de Iehuda & Iieruschalumis, temporibus Huzziæ, Iothani, Achazi Iechizkijæ regum Iehudæ. Prophetauit per annos. 45.

Ieremia prophetia, quam vidit & ædidit in Iudæa, ab anno primo Ioschijæ ad vndecimum

Tzidkijæ per annos 41. & postea in Ægypto ad aliquod tempus.

Huic annectuntur lamentationes Iiremiæ, quæ sunt quærimoniæ lugubres de miserabili Iudæorum statu, inde à morte Ioschijæ regis, ab ipso ordine alphabetico scriptæ: vt illius & cuiusq; temporis ecclesiam, tum ad præsentes & instantes ecclesiæ regniq; miserias deflendas, tùm ad fidem, resipiscentiã, orationemq;, impensius exercendam, erudiat.

Post editi sunt, quæ à deportatione Iudæis cæterisq; gentibus euenturo prædicunt.

Sunt { *Ezechiel,* *Daniel.* }

Ezechiel liber est, qui à quinto deportationis anno Iojacinij ad 14. post percussam ciuitatem, primo relictis, grauiora iudicia, instantemq; ciuitatis calamitatem summã, secundò ad deportatorũ deportandorũq; consolationem hostium finitimorum clades per Nabucadnetzarem, ipsorum verò restitutionem inchoatam cum grauissimis calamitatibus post reuersionẽ è Babilonia, post sub Christo perfiniendã, elegantissimo typo adumbratam euidentissimè circumscribit.

Daniel liber, est qui Primò rerũ gestarũ historias, de ipsius & suorum cõstantia, & pietate, de ipsius gestis mirabilibus, somniorũ interpretatione, de seculorum successione ad Christũ, diuini ænigmatis lectiones & interpretatione admirabili, ipsius periculis & liberatione: Secundò rerum gerendarũ prophetias, de certissimis circumscriptionibus temporum

rum, quibus reditus in terram, perpeſſiones grauiſſimæ temporariæ, liberationes omnes ad Chriſti aduentum vſq;, ipſius demum patefactionis & redẽptionis conſũmatum myſterium euenirent; quam accuratiſſimè deſcriptas continet.

Minores, autem deportationem, eadem quæ maiores ſed breuiùs prædicunt.

Sunt { Communes. / Particulares. }

Communes, quæ tum Iudæis, tum gentibus, ſpecialia iudicia prædicunt,

Prioris generis ſunt { Longioris temporis. / Breuioris { *Chabbakkuc.* / *Tzephanie.* } }

Longioris temporis eſt *Hhamoſi* prophetia, quæ temporibus Huzziæ regis Iehudæ, & temporib. Ierobhhami fili; Ioacchi regis Iiſraelis ædita, prænũciato terræmotu & fame, Syris, Poliſhteis, Tyrijs, Ædomæis, Hhammonitis, Moabitiſq;, primò, iudicia grauiſſima, tum Iudæis, tum Iiſraelitis vtriuſq; regni Cladem, & poſtremò, reliquis liberationem in Chriſto perfectam prædicit.

Chabbakkuc prophetia ad finem regni Ioſchiiæ Iudæorũ per Chaldæos euerſionem, & ad fidẽ reliquiarum ſuſtentandam, ipſarum etiam interitum, denunciat.

Tzephania eiuſdem ferè temporis prophetia, Primò, excidium denunciat, tum populo ſuo, tum Ammonitis, tum Moabitis : Secundò, reliquijs inſtaurationem eccleſiæ per Chriſtum prædicit.

Particulares, quæ particularib. populis mala denunciant.

Sunt autem in { Populum Dei. / Exteras gentes. }

In populum Dei prophetiæ sunt temporibus Hhuzziæ, Iothami, Achazi, Iechizkiæ, regum Iehudæ æditæ sunt de { Speciali pœna, *Ioelis*. / Communi excidio; { *Hosheas*. / *Micæ*. } }

Ioelis prophetia est, quæ fame grauissima ex immissis insectis eius prænūcijs elegantissimè descriptis denunciata, populum ad seriam recipiscentiam publicè & priuatim hortatur, & recipiscentibus Dei promissiones cum temporarias de liberatione ab illo malo, tum perpetuas in *Christo* prædicit.

Hosheah prophetia temporibus omnium prædictorum regum & tempore Ierobhhami filij Ioaschi regis Israelis ædita, deprauationem Israelitarum typis *præfigurat*, euersionem denunciat, & reliquis gratiam amplissimam sub *Christo* prædicit.

Micæ prophetia, ædita temporibus Iothami, Achazi, Iechizchiæ, de Iisraelitis & Iehudæis, vtrisq; ob impietatem & inhumanitatem acerbissimam euersionē denunciat, reliquias verò, secūdum electionem dei, liberandas, promissionibus de *Christo*, euangelio, administatione euangelica eiusq; fructibus consolatur.

In exteras gentes vel in { Moabitas. *Hhobadiæ*, / Assyrios { *Ionæ*. / *Nachum*. } }

Hhoba-

Hhobadiæ prophetia, ad tempus prophetiæ Ieremiæ & Ezechielis ædita, Moabitis ob vim eccleſiæ illatam, iudicia denunciat, eccleſiæ vero, liberationē ampliſſimam in regnum *Chriſti* prædicit.

Ionæ ad tempora Ierobhhami ſecundi, prophetia ædita, hiſtoriam de duplici ipſius vocatione & ſubterfugij pæna, de prophetia ſua apud Niniuitas, ipſorum recipiſcentia, condonatione Dei, Ionæq; indignatione, & miſeratione, tum de iniquitate ſtudij ſui, tum de æquitate certiſſimæ Dei miſericordiæ, complectitur.

Nachum prophetia ad finem Ioſchijæ ædita, ad conſolationem piorum, vbi Niniuæ, & Aſſyriorum regum ob inhumanitatem & Idololatriā excidium prænunciat, eiuſq; rationem firmā & effecta deſcribit, & Alexandriæ exemplo confirmat.

Poſt captiuitatem minores prophetæ ſunt {
In *politeia* vtraque reſtituenda adiuuantes { *Chaggeæ.* *Zachariæ.* }
Malachiæ. }

Chaggei prophetia, eſt de ſtructura templi promouenda, ad quam hortatur ex cōparatione ſtudij, in rebus familiaribus & iudicijs, Dei primo: deinde promiſſione, tum præſentia in hoc opere varijs benedictionibus coniuncta, tum in *Chriſto* abſolutiſſima gloria & pace in illa domo.

Zachariæ prophetia, eſt quæ ſuis temporibus recipiſcentibus in *Chriſto*, tum captiuis, tum

reducibus: bona omnia, læticiam obolito stato ieiunio promittit: malis verò & hostibus ecclesiæ subuersionem denűciat, tum *Christi* temporibus, ipsius aduentum euidentiss. sig. prædicit, ipsoque sublato Iudææ subuersionem, hostium ecclesiæ internecionem pronűciat, & ecclesiæ ex electis Iudæis & gentibus conuocatæ gloriosam administrationem promittit.

Maleachi vltimi Prophetæ prophetia, est quæ exposito beneficio electionis collato in posteros Iacobi, & reprobatione Hhesauui, Iudæos omnes præcipuè sacerdotes ob pollutum cultum, neglectum sacerdotis officium, connubia cum infidelibus polygamian, diuortiorumq; licentiam, impietatem, iniustitiam, blasphemiam coarguens; abiectionem sacerdotij, temporarias & æternas pœnas denunciãs, gentium vocationem Iohannis Babtistæ præcursoris *Christi, Christiq;* aduentum cum suis benedictionibus, bonis ad illud tempus in lege acquiescentibus promittit.

Dogmatici sunt { Psalmi: / Oratione soluta scripti. } Luc.24.44.

Psalmi, sunt dogmatici, qui documenta voluntatis Dei, ex lege & Prophetis, omnia numerosa & breui ad memoriam figurata, ad vim & efficacitatem complectuntur, vt cum gratia in corde psallant domino. Col.3.16. Eph.4.32.

Sunt autem { *Liber Psalmorum.* / *Cantica canticorum.* } Act.1.10.

Liber Psalmorum cuiusq; speciei sacras cantiones

ones in ecleſia veteri conſcriptas à Moſche, vſq; ad funeſta Antiochi tempora continet, vt ſit veteris teſtamenti epitome, ſpeculum gratiæ Dei, abſolutaq; hominis totius anatome. Luc. 24. 44.

Pſalmi hi primo varijs differentijs ex ipſorum inſcriptoribus inſigniuntur.

Sunt autem { A cauſis. / Ab adiunctis. }

A cauſis { Vna aliqua. / Omnibus. }

Vna aliqua, vt à forma ode erratica, i. varijs ſtrophis ſcripta, canticum & Pſalmus. Pſalm. 7. 1. Pſal. 1. 8. ex fine ſpeciali in diem Sabbati, 92. ad teſtimonium 60. ad dedicationem domus, Pſal. 30. ad doctrinam. 74.

Omnibus { Inſignis dicitur. Pſal. 59. 56. / Canticum excellentiſſ. 120. 121. 122. ad 135. }

Ex adiunctis diſtinguntur { Propria ſymphonia. / Nouitate & temp. }

Propria ſymphonia, vt magiſtro ſymphoniæ. Pſal. 4. ad grauem ſymphoniam. Pſal. 6. ad gittæa inſtrumenta. Pſal. 8. ad acutam ſymphoniam. Pſal. 46. ad πνευμάτικα inſtrumenta. 53. tempore ad diluculum. 22.

Atque huiuſmodi ſunt affectiones omnium ſpecierum.

Communes ſequuntur vt adumbrari poterũt ſpecies.

{ Simplices. / Mixti. }

Simplicis vnius tantum speciei sunt { Didascalici. / Precationes continentes. }
Psal 2.3.

Didascalici sunt, qui documenta cuiusque argumenti ad docendum continent. Psal.1.2. 11. 14. Διαλογιςικὴ 16. 23. 24. Proph. 32. Alphabetici 42. Psal. 60. 1. 43. 44. 46. 49. 50. 52. 53. 54. 55. 60. 62. 73. 75. 78. 81. 82. repreh. 89. 91. Proph. 97. de Oecon. polit. 101. Proph. 110. 114. 116. 121. 124. 127. 128. 129. 130. 131. 133.

Huius species quædã præcipuè { Prophetica. Psal.2.117. / Canticũ epithalium quod paranymphæ cecinerunt in nuptijs Shelemonis. Psal.45.1. }

Precationes sunt in { Aduersis. / Rebus prosperis. }

In aduersis quædam sunt vt etiam posteà sint ad recordandum. 39.38.70.

Sunt { Quærelæ, quorum titulus sæpius, ne perdas. 57.58.88. / Petitiones siue orationes. Psalm. 3. 5. 6. 17. 20. 25. 26. 35. 38. 40. 51. ἀπευκτικὴ, 59. 61. 69. 71. 72. 78. 80. 84. 85. 99. 102. 108. 109. 120. 123. 132. 139. 140. 143. }

In rebus prosperis { Gratiarum actiones. 18. 76. 100. 122. 134. / Laudes. 8. 9. 13. 29. 30. 65. 67. 58. 87. 62. 43. 45. 103. 104. 105. 106. 107. 111. 112. 117. 118. 135. 136. 146. 147. 140, 149. 150. }

Mixti sunt, qui diuersis speciebus sunt compositi. Psal.4. εὐκτικός, διδασκάλικος, sic, 7.19.27.34.63. & doctrina prophetica.47.46.142.63.94.119. alphabet.123.137.138.144.

Petitione & quærimonia constans. Psal. 10.73.79.

Petitione & gratiarum actione.16.22.28.48.

Petitione gratiarũ actione διδασκάλικη.31.126.

Laudatione & petitione.33.36.

Laudatione & gratiarum actione.66.

Petitione & prophetia 115.

Canticum canticorum est canticum ἁπλῶς præstantiss. ex personis interloquenentibus, sponso, sponsa, amicisq; vtriusq; dramaticum, ad angustissimam beatissimamq; desponsationem & coniunctionem *Christi* & ecclesiæ, cum summa gratia in corde celebrandam.

Atq; hæc de Psalmis.

Dogmatici sunt { *Prouerbiorum liber.* / *Ecclesiastes.* }

Prouerbia, sunt sententiæ siue dicta, grauiter & paucis concinnata, vt tanquã totius vitæ & administrationis domini in omnium animis hærere & ore versari debeant. 1. Sam.24.14. *ex notatione verbi.* Prou.1.2.3.4.5.&c.

Huius libri partes duæ sunt {
- Solummodo Shelomonis ab ipso conscriptæ.cap.1.9.ab alijs ignotis collectæ. 10.24.hominibus Chizkijæ.cap. 20.
- Aliorum { Prorsus, Auguri.30. / Matris sed ab ipso collecta.31. }
}

Ecclesiastes liber dog. de vera foelicitate in hac vita, pietate scilicet, à qua omnes res separatæ prorsus vanæ sint, ad Shelomonis rescipiscentiam cùm in ecclesia receptus sit testandam scriptus, & ita inscriptus *ex notat. tituli cap.*1. *arg. fine cap.*12.10. 11.12,*&c.*

Hactenus *de scripturis:*

Sequuntur media fructus earum percipiendi.

De medijs fructus earum percipiendi. Ac primò de scripturarum interpretatione. cap.4.

Sunt autem { In Icripturarum prædicatione specialia. Scripturæ tractandæ ratio communis. } Act. 8.27.30. 31.32.35.

In Scripturarum prædicatione specialia sunt duo { Primũ, de interpretatione. Secundũ, de doctrina ex sẽsu scripturæ eruenda. } Luc.24.15. Act. 2.25.36. Act. 17. 3.& 13.18.38.39 40.41.46.2. Pet.19.20. 1.Tim.4.13.2.Tim.3.18.16.

In interpretatione scripturæ duo sunt specialia { Πίςεος ἀναλογία siue potius μόρφωσις της γνώσεως, και της ἀληθείας εν τῷ νομῷ, Collatio specialis scripturarum. } Rom.2.17. 18. 19.20. Act. 2. 25. 29.34. & 13.16.33. 36.37.

Πίςεος ἀναλογία siue μόρφωσις illa γνώσεως, est certissima, clarissimaq; informatio, de *veritate quæ est secundum pietatem*, ex aperta & continuata omni scripturarum serie, & συμφωνία. Rom. 2.17.18.19.20.Rom.6.17. 1.Tim.1.13.

Eius eruendi ratio duplex est.

Prima, vt de cuiuſq; parte, ſiue quæſtione, clariſſima Moſis teſtimonia de ea re ſcrutentur, vt omnium fundamenta. Rom.2.18.20. Luc.16.29.31.& 24.27.Act.26.22.2.Tim.3.15.16.

Secunda, eorum interpretatio, ſiue illuſtratio per exempla, in hiſtorijs, per ſpeciales applicationes, in prophetis,& pſalmis, petenda eſt.Luc.24.44.& 24.27. Rom.4.3.7. Gal.3.6.7.8.10.11.12.13.16.17.18. Rom.9. 6.7.8.9.10.12.13.15.17.20.

Collatio ſpecialis ſcripturæ, eſt { Similium. / Diſſimilium.

Act.2.25.36.37.& 13.18.20.28.29 30.32.

Similium collatio, eſt præter eam quæ dicta eſt, ad ſententias, & phraſes ſimiles, ex ſimilibus illuſtrandas.Rom.10.20.21.1.Cor.15.25.27.1.Cor.4.19.20

Diſſimilium, eſt earum quæ niſi conciliarentur, repugnarent.Mat.3.4.6.7.8.Act.9.22.

(*a*) Quare cum ex ſpecie verborum, & ſententiæ ſerie, quædam, vel analogiæ ſcripturæ, vel particularibus teſtimonijs quæ perſpicua ſunt, repugnare videntur: tum eis allatis, ſenſus repugnantiæ relinquendus & alius quærendus, (*b*) non conſentiens modo cum reliquis omnibus ſcripturis, ſed qui ſit genuinus, hoc eſt, qui ex ſimiliũ collatione, præſentis ſcripturæ, cum partibus præcedentibus, & ſequẽtibus, circumſtantijs omnibus, totæ denique analyſi, tum analogiæ, tum crypticæ, tum ad materiam logicæ, tum ad orationem, dialecticæ, & theoricæ, cõſentiat.(*a*) Luc.20.42.*cum* 1.Cor.15.25.27.(*b*) Act. 2.25.36.Ga.3.10.16.17.He.12.27.Neh.8.9.1.1.Pet.1.20.

Secundum

De doctrina ex genuino sensu eruenda. ca.5.

Secundum, de doctrina ex genuino sensu eruenda, est cum ex eo sensu, doctrina tota ἀποδεικτικῶς deducitur: *ex praeced.* & Act.18 28.

Hæc autem duplex est, { ex verbis expressis. / necessaria collectione. } Mat.4.7.10.

Ex verbis expressis, cum ipsa orationis structura & dicta hæc manifestè continent. Mat. 1. 22. 23. & 2. 6. 15. 18. & 4. 4. 7. 15. & 3. 10. & 12. 18. & 13. 14. 35. & 15. 4. 8. & 19. 5. & 21. 5. 1. Cor. 15. 54. Mat. 21. 42. & 27. 9. & 25. Marc. 14. 27. Luc. 2. 27. & 4. 18. & 22. 37. Ioa. 2. 17. & 15. 23. 12. & 10. 28. Act. 1. 16. 20. 1. Cor. 9. 9. Act. 2. 17. 25. & 3. 24. & 4. 25. & 7. 41. & 13. 33. 34. & 15. 16. Rom. 2. 24. & 7. 7. & 9. 25. & 10. 15. & 16. 9. 10. 1. Cor. 1. 19. & 2. 9. & 3. 10. Gal. 5. 14. Eph. 4. 8. & 6. 2. Heb. 1. 5. & 3. 7. Iac. 4. 6.

Ex necessaria collectione, cum necessariò ex sensu genuino, per argumenta omnia Inuentionis, dianoia iusta conclusa, eruuntur. Mat. 9. 13. & 22. 32. vt a *causis*. Heb. 6. 14. *Effectis*,

Subiectis. Mat. 22. 32. Rom. 1. 17. & 14. 10. 1. Cor. 10. 26. Ioh. 4. 22. Act. 2. 29. 2. Cor. 4. 13. Heb. 4. 5. & 10. 18. & 14. 2.

Adiunctis. Marc. 9. 49.

Contrariis. Mat. 21. 13. Ioa. 6. 31. 49. Gal. 3. 11. 12. Heb. 5. 6. & 8. 13. & 10. 5.

Comparatis. *Par*. Mat. 9. 13. Luc. 10. 7. Ioan. 7. 2. 8. 17. 2. Cor. 13. 1. *Impar*. Ioa. 10. 35. 1. Cor. 9. 9. 1. Tim. 5. 19.

Simil

Simili. Luc. 11. 30. & 17. 28.

Definitione. Rom. 4. 7. & 10. 5. Gal. 3. 11. 12.

Distrib. Act. 3. 22. Rom. 11. 26. 27. 1. Cor. 15. 27. Heb. 4. 4. 5. 6.

Hic autem excellit, & quasi vim propriam habet, argumentum quod ab exemplis petitur, vbi ex parte, totum, ex particulari, generale; ex vno, multa, arguuntur & demonstrantur; quod argumentandi genus esset certe vitiosum, nisi implicitè in parte totum, in particulari generale, ex communi regula scripturarum, contineretur.

Ea autem hæc est, cum exempla in scripturis particularia, vel multa inter se analoga nobis, *(a)* vt *δέιγματα*, *ἐνδέιγματα*, *ὑποδείγματα*, *ὑπογράμματα καὶ τύποι* præponuntur, vt similia exprimamus, ea nisi improbentur expresse, vel aliqua repugnantia scripturæ aliunde petita, tum nobis hoc modo imitanda sunt, & pro lege communi habenda, vt (*b*) omnia quæ, vt Christiani & sancti faciebant, ab omnibus similiter facienda: quæ vt (*c*) ministri, prophetæ, magistratus, qui ad ea munera sunt vocati, ab ijs imitanda; (*d*) quæ ordinarie & communiter faciebant, ordinariè; quæ ex speciali causa in ea demum causa præstanda; (*e*) quæ ex vocatione & donis faciebant extraordinarijs, ab eis tantummodo (quod ad specialem agendi rationem spectat implenda sunt, qui ijsdem donis & eadem vocatione ornantur. (*a*) 1. Cor. 10. 11. Iudæ. 1. 7. Phil. 4. 8. 9. 10. Heb. 11. 1. 2. 3. (*b*) Mat. 12. 4. 5.

Rom.

Rom.4.7.3.24.& 9.6.7.8.9. 10.11.12. Iac.5.17.(*c*) (*d*) Luc.4.25.Rom.11.3.(*e*)Luc.9.54.55.

Atq; hæc de scripturarum interpretatione speciali & doctrinam ex ijs ita interpretandis eruendi ratione sana & certa.

Quæ cum ita proposita fuerit(*a*) pro ἀποδεικτικῇ, & ἐλεγκτικῇ habendæ(*b*) quam omnes prophetæ & spirituales agnoscant, ita vt si qui, cum patientia & lenitate ita edocti, doctrinam adhuc respuant (*c*) vt hæretici αὐτοκατάκριτοι, & contumaces, sibi vel potius Deo, post vnam aut alteram admonitionem, relinquendi sunt(*d*) neq; prophetæ, neq; fideles spirituales mentem Christi hoc modo habentes, ab ijs vel alijs quibuscunq; iudicandi sunt. (*a*) Act. 18.28. Rom.16.26. 2.Tim.3.16. Tit.1.9 (*b*) 1.Cor.14, 37.(*c*) Tit.3.10.11. 1.Cor.14.38.Act.13.46.(*d*) 1.Cor, 2.13.14.15.16.*cum* 1.Cor.14.37.1.Ioh.2.27.

Atq; hactenus de speciali scripturas tractandi ratione.

De communi scripturas tractandi ratione, cap.6.

Communis sequitur, quæ quotidie ab omnibus ad profectum vsurpanda est. Psal.119. Act.8.3.& 17.11.1.Tim.3.15.Ios.1.7.8.Dan.12.4.Reu.1.3.

Est autem ea quotidiana & continua exercitatio in scripturis ediscendis *ibid.*

Hinc duo necessaria { Medium exercitationis. / Vsus rectus exercitationis. } Psal.119. 13.14.15.

Medium exercitationis commune, est scripturarum translatio.

Scripturarum translatio, est versio earum e linguis quibus exeratæ fuerint, in proprium cuiusq; populi

populi idioma.Mat.2.6.

Hæc autem,cum a præstantissimis viris ædita fuerit, eatenus ab ecclesia approbari debet(*a*)vt quia non nisi in quibusdam deficit (*b*) nec sensum euertat sed in verum tendat, passim vsurpetur;eo tamen modo, vt cum plenus sensus proponendus vel dubium expediendum sit, ex ijs docendum, vel per alios quærendum, vt hoc collatis testimonijs ostēdat.
(*a*)Mat.2.6.Mat.3.10.& 12.18.& 13.4.*cum*. Marc.4. 12.Ion.12.40. Mat.21.42. *cum* Act.4.11. 1.Cor.15.27. (b)Mat.2.15.& 13.14.*cum* Marc.4.12.

Vsus rectus exercitationis habet primo specialē *præparationem*, posteà *cum actione coniunctam dispositionem & fructus perceptionem*.

Specialis præparatio est, vt scripturæ excellentia prædicta,Deiq; promissione nixi,ipsiusq; nomine inuocato, reuerentiam summam studiumq; magnū, cum expectatione certa fructum obtinendi, afferamus.Psal.119.129.

Cum actione coniuncta dispositio, est diligentissima in scripturis tractandis attentio, & animi totius animaduersio, vt Dei ipsius scriptis non intellectu, sed interiori cordis sensu,hic afficiamur, pro diuersa eorum quæ recitantur ratione.Psal.119.48.47.

Fructus perceptio est, vt nobis in vita nostra scrutanda & examinanda,diligenter applicemus, & inde vitam corrigamus.Psal.119.59.

Hactenus de affectionibus quotidianæ exercitationis scripturarum: Species sequuntur.

Sunt

Sunt { Meditatio propria. / Exercitatio alijs communis. } Col. 3.16.

Meditatio propria, est ex continua (prout possit a quoquo fieri) scripturæ cuiusq; recitatione, perscrutatio, vt scripturæ πλουσίως nobis cum σοφίᾳ inhabitent. Psal.119.13.14.15. Col.3.16. Eph.6.17. Specialiter prophetiæ de futuris animaduertendæ. Mat. 23.15. & 26.54. Esa.34.16. Dan.12.4.

Huius autem regula est, vt ea tantum, quæ vel a ministris edocta habuerint, vel per se plana & perspicua sunt, pro vocatione, & donorum modo, vsitata & familiari ratione, proponant: Quæ vero ardua, vel obscura sunt, præcipuè quæ ad fidem, vitam sanctam, & quæ ad nostram vocationem specialia spectant, diligenter a ministris sciscitanda: si doctrinam spectant, a doctoribus, si applicationem, a pastoribus. Act.8.3.4.5. Mal.2.4.5.6.

Exercitatio alijs communis, est quæ ad aliorum etiam vtilitatem fit.

Estq; { Collatio cum alijs. / Ad κατάχησιν priuatam. } Deut.6.2.7. 2.Tim.3.16.17.

Collatio cum alijs, est collatio familiaris, quæ fit de scripturarum sensu, doctrina, tum nobis certo, tum dubio, vt mutuò ædificentur conferentes. *ibid.*

Exercitatio ad κατάχησιν priuatam, est earum recitatio in finem prædictum. Estq; duplex { Stata. / Varia. }

Stata, qua scripturæ familiæ recitantur, ad κατάχησιν illam, quæ ab eius Προϊσάμενοις præstari debet. 2.Tim.3.15.16.

Varia

Varia,cum partes & sententiæ variæ,ad alios priuatim admonendos, hortandos, consolandos, afferuntur.Deut.6.2.6.

Atq; hæc de rebus Iehouæ in politeia diuina ecclesiastica:*sequuntur administrorum officia.*

De administrorum officiis.cap.7.

Sunt { Communia. / Propria. } Deut.33.8.9.10. Leu.10.8.9. 10.11.Rom.12.5.6.7.

Commmunia ,quæ omnes administri præstant.

Idq; dupliciter. { In scripturis interpretandis versentur publicè & priuatim,vna & seperatim, prout causa, & dubitãtium necessitas postulauerit.Luc.4.13.14.15.16. / In coetibus sibi propriè subiectis regendis.Mal.2.6.7. }

Et sunt quæ fiunt in coetu { ecclesiastico. / διατριβητικῷ. }

1. Cro.25.1.8. Luc. 2.24.25.36.43.44. Act.13. 15.43. 1.Cor.11.17.18.*cum* 14.26.34.

Ecclesiasticus coetus,est particularis ecclesia,in vnum,ad cultum publicum exercendum,coacta.

In hoc coetu ipsorum officia (præter preces concipiendi officium prædictum)

Sunt { scripturas explanare, & distinctè in omnium ædificationem legere, siue recitare. / ex scripturis modo prædicto interpretatis,verbum dei prædicare,pro cuiusq; vocatione speciali. }

Neh.

Neh.8.8.9.Luc.4.19.20.21.

Hæc in cætu ecclesiastico: In cætu διατριβήτικῷ *sequuntur officia.*

Coetus διατριβήτικος, est sacer coetus eorum, qui ad dona spiritus exercitijs excitanda, fouenda, & augenda, conueniunt. 1.Sam. 19.20. 21. 22. 23. & 1.Sam.10.5.10.12.& 2.Reg.4.38.43. 1.Reg.5.22.2.Reg. 6.8.& 2.7.16.Luc.2.41.1.Cor.14.31.32.34 1.The.5.20.

Dona spiritus { ordinaria. } *ibid.* 1.Cor. 14.
hæc, sunt tum { extraordinaria. } 6. 26.

Ordinaria sunt, quæ *medijs* ordinarijs obtinentur, vt prophetia, siue doctrinæ donum, ex cognitione profectum. 1.Cor. 14.6.

Extraordinaria, quæ *medijs* extraordinarijs cōparantur, vt prophetia, quæ ex ἀποκαλύψει i. spiritus dono & afflatu, nec tamen prorsus θεοπνεύστῳ, clarius scripturarum sensus ad ædificationem παράκλησιν καὶ παραμυθίαν aperiente. 1.Cor.14. 4.6.26.29.30.31.

Horum officia communia hic sunt, cætui huiusmodi præesse & moderari (*a*) ordinarij administri ordinarijs (*b*) extraordinarij extraordinarijs (*c*) doctores docentibus, hortantes hortantibus. (*a*) Amos. Luc.2.46. 1.Cor.14.26.29.30.21. *inter se collatis* (*b*) 1.Sam.19.20. 2.Reg.4.38.43.& 5.22. 1.Cor.14.26.(*c*) Luc.2.46.1.Cor.14.4.23.

Coetus { cuiq; ecclesiæ particulari communis.
sunt { quibusdam proprius.

1. Sam. 10. 5. 10.12. Luc. 2. 46. Act. 14.15. 1.Cor. 14.33.1.Thes.5.20.

Cuiq;

Cuiq; ecclesiæ particulari communis, est cœtus διατριβητικός, qui tantum ad ecclesiæ cuiusq; particularis ædificationem, constituitur. *ibid.* 1.Cor.14. 23.26.33.1.Thes.5.20.

Huius cœtus duo membra { synechd. propheta dicti. / cæteri audientes.

Luc.2.46.47.48.1.Cor.14.32.34.35.

(*a*)Prophetæ autem sunt primarij e fratribus, ab administris diuini cultus, siue senioribus omnibus, appprobati, ad officium prophetandi; (*b*)qui doctrina pollent, ad docendum: qui hortandi, ad hortationem; pro dono collato. (*a*)Act.15.22.23.26.32. *cum* Act.13.15.*& præced.*(*b*)1.Cor.14.24.26.

Horum etiam sunt alij { eodem tempore prophetantes. / tantum diiudicantes.

1.Cor.14.29.30.31.Luc.2.46.

Alij eodem tempore prophetantes, sunt duo vel tres, quorum cum aliquis habet aliquid aliud reuelatũ, prior taceat, & ipse ordine suo loquatur. 1.Cor. 14. 30. & sic mutuò etiam diiudicant alij alios, & dona conferent. 1. Cor. 1. 14. 29. 32. *cum* Luc. 2. 46.

Diiudicantes autem sunt tantum, qui pro eo tẽpore, siue vice, tantum quæ dicuntur diiudicant, vt reliqui audientes, quod bonum est teneant & sequantur. 1.Cor.14.29.32.1.Thes.5.21.

Audientes sunt qui, neq; hanc prophetiam negligentes, tantum audiunt, docentur, & exhortantur.

Excipe, si quis discendi gratia, dubiũ prophetis modestè & ordine proposuerit, cui cum satisfactũ

S fuerit,

fuerit, quiescat. 1. Cor. 14. 34. 35. Luc. 2. 46. (*a*) 1. The. 5. 20.

Atq; huiusmodi est cuiq; ecclesiæ communis cœtus.

Cuius forma, etiam alteræ fere, exceptis quibusdam, communis est. 1. Sam. 1. 19. 18. & 10. 5. 11. 12. 2. Reg. 4. 22. 23. 25.

Quibusdam propria est, vbi etiam prophetarum schola, & ecclesiæ seminaria exercentur. *ex præced.*

Hæc autem, etsi in omnibus ecclesijs esse non possunt, tamen quia & ad ordinaria, & extraordinaria ministeria præstanda sunt necessaria, in quãplurimis cuiusq; regionis ecclesijs fouenda & alenda sunt (*b*) bonorum studio & liberalitate. 1. Sam. 10. 5. 10. & 19. 20 1. Reg. 5. 22. 2. Reg. 4. 38. & 6. 8. & 2. 7 16. & 5. 22. (*b*) 2. Reg. 4. 42. Act. 6. 9. & 24. 12. 2. Tim. 2. 2.

Huius cœtus propriæ partes sunt { Prophetæ / Prophetarum filij.

Amos. 7. 14. 2. Reg. 2. 7. 16. & 6. 1.

Prophetæ hic sunt administri diuini cultus, qui filios prophetarum ad prophetandum erudiunt. Quare scripturas ipsis interpretantur, & interpretantes audiunt, vt vetera & noua habeant & vt sint ad regnum Dei scribæ edocti, curant. Amos. 7. 14. 2. Reg. 6. 1. Mat. 14. 51. 52. 2. Tim. 2. 2.

Filij prophetarum, sunt qui coram prophetis sedent, & erudiũtur, vt posteà fiant & ipsi fideles prophetæ. *ex præced.* Mat. 14. 52. 52. 2. Tim. 1.

Quare, ex his, cuiq; ecclesiæ pro ministerio continuando, quidam segregandi sunt. 2. Tim. 2. 2.

Atq; hæc sunt communia officia.

Propria

Propria ſunt, quæ a quibuſuis pro ſuo munere, diſtincta differentia præſtanda ſunt. Rom. 12.5.6.7. 1.Pet.4.11.1.Cor.12.

Sunt autem { Extraordinarium. / Ordinarium.

Extraordinariorum officia propria, ſunt officia, quæ tum ad eccleſias fundandas, tum collapſas reſtituendas, vel quæ labefactatæ ſunt reſarciendas, excitantur.

Quare donis extraordinarijs inſtruuntur, quæ ſunt { præcipua prophetia. / miracula edendi donũ.

Deut.18.15.16.17.18.2.Cro.14.15.Mal.3.*vlt*.Eph.4.11. Deu.18.21.22.1.Sam.12.10.1.Re.17.1,2.& 18.19.2.Re. 4.5.6.7.Marc.16.15,10.20.Ioa.16.8.13.

Prophetia extraordinaria, eſt prophetia, qua ex dono Dei ſingulari, θεοπνεύστως ſcripturas interpretare, applicare, idq; futura bona & mala certiſſimè, clariſſimèq; denunciando *poſſunt prophetæ* & Ioa. 16.8.13.

Miracula edendi donum eſt, quo prophetiam ſuam obſignant. *ex præced.*

Atq; hæc de extraordinarijs.

Ordinarij ſunt, qui pro donis ordinarijs, ordinariam eccleſiæ operam, eam indies tum cõgregando, tũ ad ſuam plenam ſtaturã ædificando nauant. Leu. 10.10.11.Deut.33.10.Mat.23.Eph.4.11,Rom.12.5.6.7.

Sunt autem { Doctores. / Paſtores.

Neh.8.9.2.Cro.13.9.10.& 30.25. Eſa.66.21.Epo.4.11. Rom.14.5.6.1.Cor,12.Act.13.1.52.Col.2.1.& 3.

Ad horum ἱκανότητα requiritur
- Ne sint νεόφυτοι, id est, nuper ad veritatem accedentes : multo magis non sunt recipiendi si infirmitate in defectionis peccatum lapsi ad verum Dei cultũ redierint. 2. Reg. 23.9. Eze.43.12.13. Act.16.37.40. *per comparationem minoris.*
- Vt sint διδακτικοί. 1.Tim.3.2.6.Mat. 14.51.

Doctores sunt, qui priuatim, & publicè, per omnia communia & propria officia in doctrina fidelissime tradenda, versantur. Neh.8.9. Luc.5.17. Rom.12. 5.1.Cor.12.8.

Pastores sunt, qui in verbi applicatione, ad omnia officia propria & communia, sapientissimè versantur. Rom.12.6.1.Cor.12.8.

Quare præter hortationes, in publico suo munere ab ipso requiritur, vt sigillorum administratione, veritatem hominum cordibus applicet. Leu. 10.9. 10. 2.Cro.13.10. Rom.12.5.6. Eph.4.11.

Atq; hæc de simplicibus presbyterorum muneribus,

Compositum, est πρεσβυτέριον.

Πρεσβυτέριον, est munus compositum, quo omnes presbyteri, communi authoritate & consilio, ecclesiastica omnia, id est, Iehouæ negotia, totius ecclesiæ vice administrant. Leuit. 3. 15. Deut. 17. 9. *cum* 2. Cro. 19. 8. 11. 2. Reg. 6. 32. Hesr. 8. Act. 4. 5. & 5. 21. & 11. 30. Math. 18. 18. & 2. 17. 1. Tim. 4. 14.

Negotia autem hæc sunt { Iudicia ecclesiastica. / Reliqua.

1.Tim.5.17.19.20.21.22.2.*Cro.19.8.11.cum* Deu.17.9.

Iudicia ecclesiastica dei, iudicio ecclesiæ finienda : Sunt { In dubijs decernendis, vbi etsi authoritas communis sit, ministris tamen & sententiam dicendi & eam exponēdi maxima facienda potestas. Controuersiæ autē de fide, facta collatione, & scripturis prædicto modo applicatis, debent definiri. / Quæ in censuris administrandis.

Leu.3.15.Hesr.10.10.8.Mat.18.18.

In his nihil sine legittima probatione, vel ex rei confessione, vel ex testiū duorū testimonio; supra admonitiones faciendum Mat.18.17.18.1.Tim.5.19.

Reliqua sunt negotia Dei, quæ sunt extra iudicia vt in electionibus, ordinationibus, Thesauris sacris disponendis cura suprema, conuentus ordine conseruando & omnibus quæ agenda sunt. Act.13.15.1.Tim.4.14.

Atq; hæc sunt negotia quæ præstari debent.

In quibus, per omnes ecclesias (*a*) summa ecclesiastica potestas presbyterio demandata est : ita tamen vt in his quæ maximi sunt momenti, & ad ecclesiæ totius bonum, vel ruinam maximè spectant, post προβουλήσιν suam de his captā (*b*) cōsilia ecclesiæ denunciantur, vt si quid habeant quod consulāt,

 vel

vel obijciant, in medium afferant, postea autem auditis & assentiētib. (nisi ad maiorem senatum negotium deferri fuerit necesse, ad turbas vitandas siue componendas, quod tum cum maior pars ecclesiæ dissentiat faciendum est) decernenda & pro decretis ecclesijs proponenda sunt. (*a*) 1.Cor.12.28.1.Tim. 4.2.Reg.6.32.Deut.17.9.(*b*)2.Cro.30.23. Act.1.15.23. 26.Act.6.1.2.1.Cor.5.4.2.Cor.2.6.7.

Hæc autem maioris momenti negotia, sunt; inter censuras, excommunicatio, eiusq; absolutio: in coetu totius ecclesiæ authoritate facienda, leges maximi momenti constituendæ, controuersiæ fidei componendæ, ministrorum electiones & abdicationes iustæ, & cætera his æqua vel maiora. 2.Cro.30. 23. Act.14.23. 1.Cor. 5. 2.Cor. 2.6.7. Act. 15.1.2.3.4. 2.Ti.5.17.18.19.20.21.& Ac.11.2.3.Ac.15.2.Ac.15.22.

Atq; hæc de ipsis negotijs & authoritate qua gerenda sunt.

Sequuntur presbyterij officij partes, erga { seipsos. | cætera ecclesiæ membra. }

Act.20.28.Hesr.10.2.3.4.5.6.7.8.Act.21.18.19.20.21.22

Erga seipsos, est officium mutuum in mutuo bono præstando.

Sunt autem { Consilia. | Censuræ. } *ex sequent.*

Consilia, quibus se mutuò promouent & dirigunt. Act.21.18.19.20.21.22.Act.8.14.

Censuræ quibus in se mutuo inquirunt, & admonent, prout opus fuerit, in omnibus muneris siue

partibus

partibus publicis, & priuatis, vt ea agant quæ præscripta sunt ex Dei verbo. Hic autem si accusationem accipiant, ab alijs, ne eam accipiant, nisi testimonio vel trium vel duorũ confirmatum. Act.20.28.1.Tim. 5.17.18.19.20.

Atq; hæc erga seipsos mutuum officium.

Erga alios officium est, vt gregi suo attendentes, omnia prædicta sua solicitudine præstent. Act.20.28. Heb.13.17.1.Pet.5.5.

Atq; hæc de officij partibus. Sequuntur cœtus ipsius partes.

Sunt autem { Προεςὼς, Reliqui. } Act.21.18.19.20.21.22. 2.Reg.6.32.

Προεςὼς, est in senatu ecclesiastico ordine primarius; vt eum congreget & actiones moderetur. *ibid.*1.Tim.4.14.& 5.20.21.& 2.Tim.1.12.

Moderationis partes sunt {
Præces, in fine & principio concipendæ.
Reliquorum actiones, ne in ἀταξίαν delabantur moderari, quare & suffragia recipiat, & ex omnium sententia communi, vel partis maioris, (nisi ad senatum maiorem res fuerit dilata) definiat, iudiciaq; pronunciat.
}

Act.21.18.19.20.22.

Atq; hæc de senatu ecclesiastico generaliter: Species sequuntur.

Senatus ecclesiasticus siue πρεσβυτέριον est duplex {
Particularis ecclesiæ πρεσβυτέριον, proprio nomine sic dictum.
Plurium ecclesiarum.
}

Act.15.2.3.4.1.Cor.8.19.2.Cro.30.23.

Particularis ecclesiæ presbyterion, est quod ad ecclesias particulares, modo prædicto, regendas, est constitutum.

Hic autem προϊσαμένος, est is qui munere præstat, vt ordinario, extraordinarius, pastori, propheta; doctori, pastor; nam is in ordinarijs illo munere fungitur, & κατ' ἐξοχὴν angelus Dei dicitur. 1.Tim.4.14.cum 2.Tim.1.12.Mal.2.7.Apoc.2.1.11.

Plurium ecclesiarum, est πρεσβυτέριον, ad ea componenda & perficienda, quæ in ecclesijs particularibus, non possunt componi. Act.15.1.2.3.4.5.6.7.2.Cro.20.33.Act.16.4.

Ea autem { delata.
sunt { accepta.

Delata sunt, quæ in particularibus ecclesijs agitata, non poterant determinari. Act.15.2.

Accepta sunt, quæ ex communi consilio in pluriũ ecclesiarum bonum tractanda sunt. Hes.10.8.Act.15.25.1.Cor.8.19.

Hic autem ecclesiasticæ leges condendæ sunt.

Ecclesiasticæ leges, sunt leges in politeia diuina, quæ de rebus ἀδιαφόροις seu ritibus, iuxta communes & speciales leges prædictas diuinas constituẽda sunt. Act.16.4.2.Cro.20.33.1.Cor.14.40.2.Cro.30.2.

Atq; hæc de ijs quæ agenda sunt in his presbyterijs.

Forma autem hic nulla specialis est, nisi hoc tantum obseruandum, vt προϊσάμενος in quoquo cõuentu ecclesiarum siue πρεσβυτερίῳ particulari designatus ex prophetis vel pastoribus ad totius conuentus

suffragia colligenda, vt & præsentem moderetur, & si visum fuerit, proxime futurum conuocet. Act.1.16. Act.6.2. Act.15.13.14.

Atq; hæc de plurium ecclesiarum presbyterio.

Quod etiam est	Synodus. Vniuersale concilium.	Act. 15.2. 6. 2. Chro. 30.4.23.

Synodus, est presbyterion ex presbyterijs pluriũ in vna prouincia ecclesiarum, conflatum. Act.15.2.2. Cor.8.19.23. Zach.7.3.4.

Quod etiam maioribus & minoribus distingui potest, pro certo ecclesiarum numero: prout ad ecclesiarum leuamen constitutum fuerit.

Vniuersale concilium, est πρεσβυτέριον, ex multarum synodorum deligatis conflatum: ad ea statuenda & componenda, quæ vniuersæ ecclesiæ vel parti maximæ commoda futura fuerint. Act.15.2.6. 2. Chro.30.4.23. 1.Cor.8.19.23. Zach.7.3.4.

Atq; hæc de presbyterijs, eorumq; muneribus compositis & simplicibus.

Sequitur de Thesauri diuini οἰκονόμοις.

Sunt autem, qui presbyteris adiuncti sunt: vt eos adiuuent thesaurum colligendo, & ad vsus prædictos distribuendo, totiusq; populi curam agendo. 1. Chro.26.24 Act.6.1.2.3.4. Rom.12.6.

Ab his requitur	Fides. Simplicitas.	2.Chro.34.12. *cum* Rom. 12.5.6.

Fides vt agant omnia iustè, & sine fraude. *Ibid.*

Simplicitas, vt agant omnia (præcipuè distribuendo) prout causa & necessitas postulauerit. *Ibid.*

Atq;

Atq; hæc de administris in politeia diuina: Sequitur de sanctis.

De reliquis sanctis. cap.8.

Sancti, sunt reliqui in ecclesia, qui ad munus ecclesiasticum non promouentur. Horum omnium hæc lex communis est, vt prædictis omnibus ex animo subijciantur, eaque pro virili promoueant, donis, opera, & quocunque modo possint. Hebr. 13.17.

LIBER OCTAVVS DE *politeia diuina legali.*

De politeia diuina legali. cap.1.

A*tq; hæc de ecclesiastica disciplina. Species sequuntur.*

Est autem { Legalis. / Euangelica. } Mal. 3. Math. 11.12.13. Luc. 16.16.

Legalis, quæ legis Mosaicæ constitutionem obtinuit, vsq; ad temporis siue correctionis plenitudinem in Christi aduentu. *Ibid.* Gal. 4. Heb. 1.

Lex Mosaica, est à deo lata, de sanctitate & ceremonijs: vt sit fœderis cum Iudæis icti annexa conditio per Mosen tradita. Deut. 6.24.25. 2. Reg. 23.3.4. Neh. 10. 1.2.3.4.5.6.7. Mal. *vlt*. Exod. 24. 3.7. 8. Gal. 3. 10. Deut. 27.26.

Fœdus cum Iudæis ictum, est fœdus operũ, quo Deus stipulatur Iudæos fore ipsi peculium præ omnibus populis, si permãserint in omnibus quæ scripta sunt in libro legis. Exod. 19.5. & 24.3.7.8. Deut. 27.26. Gal. 3.10. Deut. 6.24.25.

Fœderis huius duo sunt

membra

mem- { Quæ sanctionem præcedunt. } Exod. 24.
bra { Ipsa sanctio. } 3. 4.

Sanctionem præcedentia, sunt inter Deum & populum stipulantem, & stipulationem recipientẽ: de conditionibus consilia & sermones. Exod. 19. & 20. & 24. *De fœderis sanctionem præcedentib. cap. 2.*

Sermones illi facti sunt per ministerium Mosis internuntij: quod Dei à populo dissentientis ob peccata indicium erat. Gal. 3. 20.

Hic autem sermones illi vtrinque varij fuerunt { Generales. / Speciales. } Exod. 19. 7. 8.

Generales, sunt sermones primi, de ascensu vtrinq; comparando.

Sunt { Dei. / Populi. } Exod. 19. 4. 7.

Dei, sunt beneficia præponentis, & fœderis stipulationem & conditiones offerentis. *Ibid.* 4. 5. 6.

Populi autem, sunt assentientis, & proposita, vt æquissima recipientis. *Ibid.* 8. 9.

Speciales sunt de conditionibus & partibus specialibus. Exod. 19. 10. &c. & 20. & 21. & 22. & 23. & 24. ad vers. 4. 5.

Sunt autem { Dei ipsius. / Dei per Mosen. }

Dei ipsius sermones præcedunt { Præparatio imperata. / Dei descensus. }
Exod. 19. 10. 16. 17.

Præparatio, erat in tertium diem, ad authoritatẽ & reuerentiam legi conciliandam. Exo. 20. 20.

Eius

Eius duo membra { Populi sanctificatio. / Interdictum de termino ponendo populo. } Exo.19.11.12.

Sanctificatio populi erat, vt ab vxoribus abstinétes, vestes lauarent, in signum studij sanctificationis, qui essent in tertium diem ad verbum recipiendum parati. vers.10.11.14.15.16.17.

Interdictum de termino ponendo erat, vt termino posito è populo nullus, nec iumentum, nec homo, (ne aut lapidibus obruatur aut jaculando conficiantur) vers. 12. 13. ascenderet; donec fractum sonaret cornu.

Atq; hæc de præparatione:
Sequitur Dei descensus.

Dei descensus erat in igne, cum sūma maiestate & terrore: ad legis fœderisq; operum terrorem indicādum. Exo.19.15.16.17. Heb.12.20.

Maiestas illa se { Adiunctis signis / Effectis subseq. } indicabat.

*Ibid.*18.19.20.

Signa adiuncta sunt {
- Remota, quæ mane cæperunt, soni, fulgura, imbres densæ, sonitusq; tubæ valdè vehemens.
- Propinqua magis, populo obuiam Deo per Moschē educto. {
  - Mons Sinæ fumabat totus, & conflagrabat. Deut.4.11.
  - Ignis, quo descendebat Deus, emittebat fumum densum, & atrum, adeò vt tremebat totus mons. Deut.4.11.
  }
}

Effe-

Effectus sunt:
- Populi tremebant multùm, imperatum non ferentes, & Dei vocem posteà fugientes. Heb.12.20. Exo.20.
- Mosche loquebatur, dicens expauefactus sum & tremibundus. Heb.12.21. Deinde cum Aharone ascendebat, mandato de terminis repetito.

Atq; hæc de descensu Dei:

Sequitur sermocinatio, vel sermo Dei cum populo.

Erant autem sermones voce verborum, i. loquēte & decalogum exprimente. Exo.20.

Decalogus sunt decem verba, sententiæ, siue leges, sanctitatem communem, & post lapsum specialem præcipientes, contraria prohibentes. Exod.34.1. Deut.5.28. Deut.10.4. Mat.6.38.44. Rom.13.9. Mat.22.37.39.40. *De decalogo. cap.3.*

Sunt pro diuinarum legum proprietatibus communibus priùs dictis interpretandæ. Mat.5.21.22.23. Mat.22.37.39.40.

In tabulis autem duabus lapideis, hominis naturam corruptam referentibus inscripta sunt, à Deo ipso. 2. Cor.3.3.

Sunt autem duplicis generis: Primæ tabulæ. / Secundæ tabulæ. Math.22.37.39.40.

Primæ tabulæ, qui *pietatem* præcipiunt. *Ibid.*

Sunt autem duplicis generis proprietatis

membris

mem-bris { Primum, Dei personam directè petit. / Secundum, media cultus diuini. } Exo.20.23. Deut.6.12. 13.14.& 6. 20.21.

Primum mandatum, est negatiuum, his verbis expressum, *ne esto tibi vllus Deorum alienorum ante faciem meam* præcipit, primum *pietatis* caput prædictũ. Primũ esse probatur, quòd alias maximi mandati non esset ratio vlla. Alias primum secundò negaretur: cùm eisdem verbis quibus nullum præter Deum pro Deo haberi prohibemur, vt ipsum tantum habeamus, præcipimur. Marc.12.29. 30.

Mandata quæ versantur circa media externa cultus diuini sunt quæ præcipiunt de { Medijs externis. Leu.20. 23. ea sũt { Quod media definit: vt secundum. / Quod mediorum legitimum vsum definit: vt tertium. } / De sabbato. }

Secundum est negatiuum, his verbis expressum, *nõ facies tibi &c. non incurnabis illis &c.* Quibus duobus membris prohibentur Synecdoc. omnia instituta cultus diuini voluntaria, & humana sapiẽtia excogitata, eorumq; vsus externus inde profectus: & contra, secundum *pietatis* caput præcipitur. Deu.25.26.*cum* 8.1.2. Ier.6.30.31. Esa.29.13. Math. 15.7.8.9. Exo.23.13.

Tertium mandatum, est negatiuum his verbis, *non assumes, &c.* expressum: quo Synecd. nominis abusu

abusu interdicto, omnes mediorum externorum abusus prohibentur: & è contra, tertium *pietatis* caput præcipitur. Mat. 5.33.34.

Atque hactenus de legibus externa media cultus Dei respicientibus:

De Sabbatho, quartum sequitur.

Quartum, est affirmatum, ita expressum. *Recordare, &c.* præcipit autem quartum & vltimum *pietatis* caput, quod ad homines propriè pertinet. *Mandatum*.4.

Atq; hæc de primæ tabulæ mandatis:

Sequuntur secundæ.

Secundæ sunt, quæ iustitiam præcipiunt.

Sunt autem { Quæ voluntatis assensum, & quæ inde enascuntur, spectant. | Quæ creaturæ puritatem, & impuritatem, spectant. }

Mat. 5.28.29. Rom. 7.7. Rom. 13.9. Gal. 5.14.

Prima rursus { Specialia officia sanctitatis & iustitiæ, vt *quintum*. | Communia. } Rom. 13.7.8.

Quintum mandatum, est affirmatiuum, his verbis express. *Honora, &c.*

Quæ communia præcipiunt sunt omnia negatiua: spectant autem { Personam: vt *sextum*, | Personæ adiuncta. } Mat. 5.21. 22.27. 28. Tit. 3.2.

Sextum mandatum, his verbis exprimitur: *Nō occides:* Synecd. omnia mala in personam prohibet: & officia sanctitatis in eam præcipit. Math. 5.21. 22.23. Iam. 4.2.

Quæ

Quæ ad personæ adiuncta spectant { Præcipua: vt *Septimum.* / Minus præcipua { *Octauum.* / *Nonum.*

Mat.15.19.Marc.7.21.22.Mat.19.18.

Septimum his verbis *ne scortator*, per synech. omnem impuritatem huius generis prohibet: præcipit officia iustitiæ quæ castitatem spectant. 1. Thess. 4.3.4.5.

Octauum, est, his verbis express. *ne furator*: synech. prohibet omnes iniurias in bona & facultates: præcipit officia iustitiæ quæ ea spectant. 1.Thess.4.6. Mar.10.19.

Nonum, est his verbis express. *ne proferto &c.* Synech. prohibet omnes iniurias in famam alterius: præcipit officia omnia quæ eam spectant. Math.15. 19.Tit.3.2.

Decimum est, *ne concupiscas*. Deut.5.27. Rom. 13.9. per partes tamen declaratum à Deo proponitur. Prohibet creaturæ impuritatem omnem voluntatis consensum præeuntem. Rom.7.7. *cum* Iaco. 1. 14.15.

Atq; hæc de Dei sermonibus cum populo:

Dei sermones per Mosen ij erant, quibus reliqua priora fusiùs explicata populo proponebat, & assensum recipiebat. Exo.24.3.4.Rom.9.

Atq; hæc de sermonibus vtrinq; agitatis ante fœderis sanctionem:

Sequitur de fœderis sanctione.

De fœderis sanctione. ca.4.

Sanctio erat, quæ facta est mutuis Dei & populi actionibus. *Ibid.*

Actiones illæ erant { Sâctionem facientes. / Eam obsignantes. } *Ibid.*

Primæ fuerũt actiones Mosche ex parte { Dei. / Populi. } *Ibid.*

Mosche ex parte Dei { Conditioné rursus proponẽtis. / Stipulationem exigentis. } *Ibid.*

Prima etiam duplex { Scribentis. / Signa statuentis huc spectantia. } *Ibid.*

Prima erat, qua omnia verba Iehouæ scribebat in libro legis. *Ibid.*

Secunda erat qua signa vtriusq; partis statuebat. *Ibid.*

Ea autem erant { Ex parte Dei, altaria, vt sacrificia expiatoria, populi reatum, reconciliationem in Christo futurum; eucharistica, gratiarum actionem inde ortam, *obsignarent*. / Ex parte Israelis, duodecem statuæ, tribus duodecem referẽtes. *Ibid.* ver. 4. }

Actio stipulationem exigens, est qua sacrificijs per ministros oblatis, sanguinisq; parte vna in crateribus posita, altera super altare spersa; acceptum librum illum fœderis, legit populo audiente & recipiente se omnia quæ edixerit deus facturum. Exod. 24.5.6.7.

Actiones sanctionem obsignantes sunt tum { Mosche. / Dei. }

Mosche actio, qua sumpto sanguine vitulorum & hircorum, cum aqua, lana coccina, & Hyssopo, siue musco; simul & ipsum librum, & totum populum, aspersit, dicens, hic est sanguis testamenti quod mandauit vobis Deus. Heb. 9. 19. 20.

Hoc autem *obsignabat* fœdus vetus; quatenus operum spectabat fœdus, populo nihil nisi reatum & pœnas conciliaturum; quatenus autem fidei gratuitum respiciebat, omnia non in seipsis, sed in Christo fœdus illud morte sanciente tanquam testamentum, rediturum per fidem: Ier. 31. 32. 33. Hebr. 8. 8. 9. Luc. 22. 20. Marc. 14. 24. 2. Cor. 3. 2. 3. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. Heb. 7. 22. 23.

Atq; *hæc de fœdere Dei:*
Sequitur de lege per Mosen tradita.

De lege per Mosē tradita. cap. 5.

In ea tradenda { Deus dabat per Angelos. / Moses accipiebat. } Act. 7. 53. Gal. 3. 19. 20. Heb. 2. 2.

Quare in tradenda lege, Mosche cum ad eos à Deo rediret, donec absoluisset loqui cum ijs, imposuit faciei suæ velamen, quia cutem splendidam factam non poterant ferre: Cum autem in conspectum dei, ad loquendum cum eo, veniret, amouebat velamen, donec exiret. Exod. 34. 29. 35.

Hoc autem *figurabat*, Iisraelitas ita legem accepisse gloriosam & terribilem, vt in finem eius i. *Christum*, vix, idque tantum ex *Christi* gratia, poterant intueri; cum autem ad *Christum* conuersi fuerint Iudæi, tum demum

Dei faciem intuentes, duritie cordis ablata, legis finem agnoscent. 2.Cor.3.7.8.9.10.

Lex autem ita tradita, præter decalogum, duas habet partes quæ sunt { Νομοθεσία. Λατρεία. } Rom.9.

Νομοθεσία, erat pars legis Mosche, quæ mandata reliqua è decalogo eruta, inprimis iudicia maximè autem quæ Iudæis erant propria, tradebat. *Ibid.*

Iudæis propria erant omnia, quæ prius communia esse non probauimus.

Λατρεία erat secunda pars, de cultu dei præcipueq; ceremonias tradebat. *Ibid.*

In hac autem maximè Iudaicæ *politeias* ab euangelica differentia sita est. Quare huius leges nunc exponendæ sunt. Quæ pro temporum etiam periodis auctæ & renouatæ sunt. Sed primum de ijs quæ primò & generaliter constitutæ sunt; posteà de ijs quæ renouatæ fuerunt, dicendum.

Ergo primo de { Sacris subiectis. Deinde de temporibus. }

Sacra subiecta sunt de { Communibus locis. Specialibus { Rebus Personis } sacris. }

De locis lex communis est, vt in loco quem eligerit Iehoua, vt celebretur memoria nominis eius; ibi etiam hæc sacra omnia peragerentur in κοινωνίαν DEI ad ipsum venientis

& benedicentis;ac populi Deum colentis. Exod. 20. 24. Deut. 12. 5. 6. 7. 8. &c. & 14. 23.

Quare donec fixum locum designauerit Deus, ex terra vel lapidibus non cæsis altare fabrificandum fuit, vt faciliùs destrueretur. Exod. 24. 25. 1. Reg. 8. 64.

Æquitas autem perpetua huius legis erat, vt publici cultus partes, non nisi in publico ecclesiæ cætu, celebrarentur. 1. Cor. 11. 22. 1. Cor. 14. 23.

Figurabat autem
- Primò, nos Christum in cœlo tantum adire oportere, vt Deũ colamus, & cum ipso habeamus cõmunionem. Heb. 4. 16. & 8. 19. 20. 1. Tim. 2. 8. 1. Ioh. 1. 2. 3.
- Secundò, tandem fore, vt immediatã Dei obtineamus presentiã, vt deus habitet cũ nob. ipsi essemus ei populus, & ipse Deus noster, cum nobis. Apoc. 21. 3.

Hæc lex communis, etiam posteà, fusiùs omnes cultus partes statuit, vt in quocunq; loco tribuum, nomen suum Deus collocauerit, illuc omnes res sacras adducant; qui aliâs in vlla re fecerint, excommunicationis censura subijcerentur. Leui. 17. 1. 9. Deut. 12. 1. 28.

Locus sanctus specialis erat tabernaculum.

De tabernaculo. cap. 6.

Tabernaculum erat locus sanctus, fabrifactus, vt sit mundanum, i. terrestre, & caducum, sanctuarium, in quo esset visibile præsentiæ diuinæ inter eos testimo-

teſtimonium. Exod.25.8. Heb.9.1.

Figura erat præter communem prædictam generaliter,
- Generalis.
- Specialis.

Leu.26.11.

Generalis, erat totius eccleſiæ catholicæ in *Chriſto* fabrifactæ. Apoc.13.6.& 21.3. *cum* 2.Cor.6.15. & Eph.2.21. *comparatis inter ſeſe*.

Specialis erat,
- Prima, quæ eccleſiam particularem *figurabat* Num.9.18.19. *cum* Ephe.4.4 5.
- Secunda, vnumquemque Chriſtianum verum. Leuit. 26. 11. 2. Cor.6.15.

In tabernaculo conſiderandæ
- Cauſæ.
- Partes.

Exod.24. 1.2. 8. 9.10.&c.

Cauſæ
- Rei inhærentes.
- Efficientes.

Exod.31. 1. 2.4 8.

Inhærentes
- Materia.
- Forma.

Exod.24.2.10.

Materia communis erat, aurum, argentum, æs, hyacinthia, purpurea, coccinea, diabapha, ſiue linum xylinum, ſiue lana caprarum, pelles etiam arietum rubefactæ, & melium, & ligna ſhittim, ex voluntaria populi oblatione, vſq; dum ſatis eſſet cum abundantia. Exod.25.1.2.3.4.5.& 36.4.5.6.

Huius æquitas perpetua erat, vt ſufficientiam quæ tamen nullo modo excederet ad theſaurum Dei dicarent. Neh.10.32.2.Cor.9.8.

Figurabat autem voluntariam bonorũ oblatio-

nem, ad sanctos, dei tabernacula, sustinendos.

Forma erat, vt omnia omnino faceret, secundū formam, structuram, siue conuenientiam eius, quæ Mosi exhibita est videnda, in hoc monte.

Quæ erat archetypus cælestis. Exod.25, 9. 40. & 26. 30. & 27. 8. Quare archetypo exhibito, typus cessat. Heb.8.5. Act.7.44.

Huius autem legis æquitas perpetua, vt nulla signa sint in ecclesia, nisi à Deo descripta. Heb.8.5. 1. Chro.29.12.19.

Causæ efficientes erant, quisq; industrius, cuius animo indiderat Iehoua peritiam & voluntatem, vt accederet ad opus faciendum. Exod.36. 1.7.

Figurabat omnes ecclesiæ ministros, à Deo specialib. Χαρίσμασι spiritus, ad ministeriū particulare fore ornatos, & ex vocatione Dei voluntarios. Rom.12.6.7.1.Cor.12.4.Eph.11,28.& 4.8.11. 1.Pet.4. 10.11.*cum* Exod.36.1.3.6. *tum sensu, tum verbis inter se comparatis.*

Ex his autem primarij nominatim vocati fuerunt { *Betzaleel.* / *Aholiab.* } Exo. 36. 1. 2. & 31,2.6.

Primus, filius Vri Churis è tribu Iehudæ, spiritu Dei, ad peritiam & omnem artem excogitandi res, industriè inuentas, vt, operandi in auro, argento, ære, & artificio gemmario inserendi, & artificio lignario. *Ibid.*

Aholiab, filius Achisamaci è tribu Danis, ad reliquas partes integrales tabernaculi faciendas. Exo. 31.

31.6.7.8.&c.

Hi *figurabat* ἀρχιτέκτωνας ecclesiæ, prophetas, & Apostolos Christi.1.Cor.3.10. Eph.3.20.nominatim ab vtere separatos & vocatos.Ierc.1.5. Gal.1.15.

Atq; hæc de causis, quarum præcipuè efficientes alijs rebus sacris sunt communes:

Partes sequuntur.

Sanctuarij partes ita compositæ erant, vt facilè & disiungi, & coniungi poterant.Exod.26.15.30. & Num.3.36.& 7.8.

Significabat autem, fideles in hoc tabernaculo suo corporis (quod & deponendum & irrigendū est) peregre abesse à domino, donec ad regnum stabile venissent in cœlis.Deut.12.9. 2.Cor.6.4. 2.Pet.1.13.*inter se comparatis.*

Partes hæ sunt sanctuarij siue totius tabernaculi membra: Sunt autem inter se varia tabernacula & loca sancta, & proindè species.Exod.26.9. *cum* Exo.40.17.33.Heb.9.2.

Horum autem supellex varia erat { Externa. / Interna. } Exod.25.9.10. 17.22.33.& 26. 1.7.8.35.36.

Externa erat { Tegmentum. / Tabulatum. } Exo.26.14.15.& 27.9.17.

Tegmentum erat externum, ad interna tegenda & protegenda.

Significat, totam ecclesiam eiusq; membra, sub Dei veluti tegumento & protectioni semper sedere. Esa.4.4.Psal.27.5.

Tabulatum, erat ex asseribus siue columnis

tota ſtylobatis nixis ad reliqua ſuſtentenda.

Simifi- { Generaliter. }
cabat { Specialiter. }

Generaliter eccleſiá viſibilé miniſterij reſpectu eſſe columnam veritatis. 1. Tim. 3. 17.

Specialiter, munera, officia, & membra in eccleſia, varia eſſe, totius corporis ſuſtentacula, donorum, facultatum, actionumq; dignitate diſcrepantia. Prou. 9. 1. Gal. 2. 9. Apoc. 3. 12. ἀναλογῶς.

Interna, erant inſtrumenta omnia ad cultum dei *ex præced.*

Significabant autem, omnia varia, pretioſa, ſancta inſtrumẽtorum in eccleſia, (qualia ſunt, verbum, ſacramenta, dona varia) ita varia, precioſa, ſancta, ſpeciali ex dei inſtitutione eſſe. Zach. 14. 20. 21.

Atq; hæc de communibus affectionib.
Species ſequuntur.

Sunt { Per Synecd. dictum tabernaculum. }
{ Atrium. }

Tabernaculum erat, in quo res ſacræ à perſonis ſacris perficiebatur. *Ex præced.*

Significabat eam eccleſiæ partem, quæ ex viuis in Chriſto membris conſtabat. Apocal. 11. 2. ἀναλογῶς.

Erat autem decem aulæorum è xylino natiuo internexo, & hyacintho, & purpureo, & coccinneo dibatho, (Cherubinis intextis) opere artificioſiſſimo confectorum. Exo. 26. 1.

Cherubini, angelos eccleſiæ & *Chriſto* inſeruientes *ſignificabant*. Eſa. 6.

Aulæa

Aulæa hæc, erant longitud. viginti octo cubitorum, & latitud. eorum, æquali mensura. ver. 2.

Coniungebantur quinq; vnum ad alterum { Loramentis. Ansulis. } ver. 6.

Loramenta, erant hyacinthina ab aulæis vno cũ altero continentibus. ver. 5.

Erant autem { In ora aulæi primi ad extremitatẽ in cõmissura quinquaginta. In ora cuiusq; aulæi vlteriore in cõmissura secunda. } *ibid*. 4. 5. 6. 7.

Ansulæ, erant aureæ quinquaginta, quibus indebantur loramenta, vt aulæa ita inter se coniuncta sint in tabernaculum vnum. ver. 6.

Significabat, ecclesiæ membra diuersa in cœlis & terra vnum tantum esse tabernaculum, vtcũq; inter se dispersa. Cant. 6. 6. Eph. 4. 8. 9. Col. 3. 10. Eph. 1. 10. Heb. 9. 11. & 10. 19. 20. Apoc. 21. 3. *inter se comparatis*.

Hæc de tabernaculo.

Sequuntur { Tegumentum Tabulatum } eius.

Exod 26. 7. 14. 15.

Teg. erat { Commune. Proprium. } Exod. 26. 14. 36.

Commune, quod erat in toto tabernaculo. *ibid*.

Erat

Erat autem	Internum. Externum.	ibid.7.14.

Significabant interiorem & exteriorem ecclesiæ conditionem. Psal.45. 14. Cant.1.5. Eph.3.16. & 4. 18.

Interna, erat vndecim aulæorum e lana caprina factorum. ver.7.

Aulæi longitudo vnius triginta cubitorum, & latitudo quatuor cubitorum. ver.8.

Coniungebantur quinq; seorsim, & sex seorsim, ita vt sextum conduplicatum erat e regione anterioris partis ipsius tentorij.

Et ansulis, superioribus similibus in vnum tentorium omnibus coniunctis redundabant supra tabernaculum sua latitudine in longitudinem, tabernaculi quatuor cubitis & duobus cubitis a loncitudine in latitudinem eius, vt tabernaculi etiam tabulatum tegerent. Exo.26.9.10.11.12.13.

Externum, erat tegumentum ipsi tentorio, e pellibus arietum rubefactis inferné, & e pellibus melium superné factum, vt sit tegmen ipsi tentorio. Exod.26.14.

Portæ tegmentum erat, ex hyacinthino, purpureo, coccinneo dibapho, & natiuo xylino internexo, opere phrygiano. Sustentaculum habebat columnas.

Columnæ quinq; erant, ex ligno shittim, epistylijs & Zonis auro obductis.

Habebant

Habebant autem { Vncos aureos. / Stylobatas ex ære. } Exod.26.36.37.& 37.36.37.

Significabat autem gloriosa porta, fideliũ corda gloriosa sic facta per fidem, ad Christum recipiendum. Psal.25.8.9. Apoc.3.20.

Tabulatum erat ex asseribus & transtillis, annulis aureis coniunctum, vt eo erigatur tabernaculum. Exod.28.28.29.&c.

Asseres, sunt e lignis Shittim, auro obducti, arrectarij longitudo cuiusq; decem cubitorum, latitudo, cubiti & dimidiati, cardinibus duobus scalari forma compositis, fabrifacti. Exod. 26. 19. 20. 21. ad recipiendum autem quemq; cardinem, factus est supernè & infernè stylobata vnus argẽteus. *ibid.* ver.19.21.25.

Erant autem pro { Plagis / Angulis } tabernaculi.

Pro plagis æqualibus, ad australem dextrorsum, viginti. Ad aquilonalem, viginti. ver.22.24.

Pro angulis octo, quorum {
Duo, gemelliparæ infernè, & supernè, inditi annulo vno, vt sint pro duabus aulis angularibus.
Sex, ad occidentem tabernaculi.
}

Transtillum e lignis shittim medianum, in medio ipso asserum transcurrens, ab vno extremo ad alterum. ver.32.

Fuerant

Fuerant autem { Pro duorum laterum ipsius tabernaculi asseribus vtriusq; quinq;. id est decem. Pro lateris occidentalis asseribus quinq; ad vtrũq; angulum pertingentia. } Exod.26. 30.31.

Atq; huiusmodi erat tabernaculum.

Quod congruenter erectũ & coagmentatum per commissuras,& compages compactũ,corpus *Christi* ecclesiam per commissuras & compages suas, vi intùs a capite agente,cogruenter coagmentatum & compactum *figurabat*.Eph 4.11.& 3.19.

Tabernaculum hoc ex velo est duplex { Sanctum sanctorum. Sanctum. }

Exod.26.33.Heb.9.1.2.3.4.5.

Velum erat ex dibapho hyacinthino, purpureo, & coccineo,& natiuo xylino internexo, opere artificiosissimo,factum,& Cherubinis refertum. Exod. 26.31.

Hoc autem ad quatuor columnas e shittim obductas auro impositas quatuor stylobatis argenteis, vncis eorum aureis appensum,& ibi collocatum, vt vbi longitudo sancti viginti cubitorum desinebat, ibi interpositum velum faciebat vt sanctum sanctorum a sancto distinctum,inciperet.*ibid.*32.33.

Velum autem *significat* carnem *Christi*, qua diuinitatem operuit, & qua *Christus* nobis ad Deũ & cœlum, viam recentem, viuam & immortalem dedicauit.Heb.10.20.

Cherubinis autem refertum erat, vt multitudinem

nem angelorum *Christo*, etiam homini seruientiũ, & per ipsum hominem descendentium & ascendentium *figurabat*. Esa.6. *cum* Ioa. 1. 51. *inter se comparatis*.

Atq; hæc de velo.

Sanctum sanctorum, erat Tabernaculum secundum intra velum.Exod.26.33.34.Heb.9.2.3.

Figurabat autem cœlum ipsum,in quod semel ingressus *Christus*, sedet in æternum, æternam redemptionem nactus.

In sancto sanctorum erant huius instrumenta { Arca fœderis. Thuribulum,cum postea adiũctis. } Heb.9.4.

Arca erat e lignis shittim, longitudine sua duorum cubitorum ac dimidiati, & vnius cubiti ac dimidiati latitudine sua, altitudine vnius cubiti ac dimidiati, auro intrinsecus & extrinsecus obducta. Exod.25.10.11.

Huius consid. { Partes. Collocata in ea testimonium cum alijs adiunctis.

Exod.25.15.21.

Partes erant { Infernæ } ver.15.
{ Supernæ } 16.17.

Infernæ { Annuli. Vectes. } ver.12.13.

Annuli erant quatuor aurei quatuor arcæ impagibus inditi : duo in vno latere, & duo in altero. ver. 12.

Vectes, e lignis shittim & obducti auro, & immobiliter

mobiliter in annulos inducti ad ferendum eis arcam illam.ver. 13.14.15.

Supernæ erant	Limbus. Operculum propitiatorium.	verſ. 11. 17.

Limbus, erat aureus limbus, ſuper arcam circũquaq; , vt eo operculi propitiatorij cum arca commiſſura tegatur. ver.11.17.

Operculum propitiatorium erat ex auro puro, duorum cubitorum & dimidiati longitudine ſua, vnius cubiti & dimidiati latitudine ſua.ver.18.

Habebat autem in duabus eius extremitatibus Cherubinum vnum.ver.18.19.

Cherubini erant imagines aureæ, humanæ alatæ (*b*) veſtitæ, continente opere facti, alis ſuis ſurſum verſus, operculum propitiatorium tegentibus, faciebus vero ſuis obuerſis vnius ad alterum, verſus operculum propitiatorium.ver.18,19.20.(*b*)Exo. 20. 26.

Operculum hoc propitiatorium arcæ ipſi supernè in os arcæ inditum erat : poſtquam teſtimonium impoſitum fuerit in arca, vt nunquam poſtea aperiatur.ver.21.

Ibi autem e ſuperiore parte operculi propitiatorij, e medio duorum Cherubinorum voce ſermocinante Moſchem alloquebatur Deus . Exod.25 .22. Num. 7. 89.

Hoc autem *ſignificabat*, Deum in *Chriſto* & per *Chriſtum* ſuos regere, docere, & per angelorum in miniſterio ſuo alis extenſis inter ſe faciebus

aduerſis

aduersis mutuo *Christi* nutum aspicientium ad auxiliandum suos esse paratissimum. Psal. 80. 2. & 99. 1. 2. Sam. 22. 11. Esa. 37. 11. Gen. 3. 25. *inter se comparatis*.

Testimonium impositum, testimonium erat tabulæ fœderis, a Deo paginis duabus insculptæ. Exo. 25. 15. & 31. 18. & 32. 15. Heb. 9. 4.

Hoc autem *significabat Christum* finem esse legis, & ab ea testimonium habere, & Deum in nobis legis obedientiam non accepturum, nisi peccati & obedientiæ imperfectionibus & næuis in *Christo*, tum tectis, tum expiatis. Psal. 130. 3. 4. Rom. 3. 21. 22. 23. 1. Ioa. 2. 1. 2. 3. *inter se & cum figura comparatis*.

Thuribulum erat aureum in sancto sanctorum asseruatum, ad ignem cum suffitu, ad operculum propitiatorium inferendum. Heb. 9. 4. & ex Leu. 16. 12. vbi colligitur fuisse.

Thuribulum ad illud munus destinatum; ex auro fuisse & sancto sanctorum asseruatum per comparationem colligi potest: nam cum ipsius mensæ scopulæ, & Thymiaterij multa, erant aurea & aureata; multo magis colligendum est sanctum sanctorum habuisse etiam suum instrumentum aureum, quod & de vrna mannæ posteà intelligendum.

Significabat autem, cum suffitu spiritus, ignem, *Christi* passiones misceri oportere ab ipso *Christo* altari, antequam accepta esse possit nostra λατρεία Deo. Apoc. 8. 3. 5. *cum* Leu. 16. 12.

Huic

Huic postea adiuncta sunt, & coram arca colloca-ta extra eam	Vrna aurea mannam habens in se occultam. Et virga Aharon quæ germinauit.

Heb.9.4 Exod.16.36.Num.17.19.1.Reg.8.9.

Positum autem erat manna, tum vt externum sacramentum viderent Iisraelitæ, & etiam æternæ vitæ & gloriæ in *Christo* occultatæ esset *signum illustre*.Exod.16.33.Apoc.2.17.Col.3.1.2.*inter se comparatis*.

Virga autem, vt *signum* esset ipsos rebelles esse, & ni gratuitò per Christum tegatur & expietur rebellio, quotidie morituros.Num.17.25.

Atq; hæc de sancto sanctorum: Sequitur de sancto.

Sanctum siue *tabernaculum conuentus*, erat primum tabernaculum ante velum, in quo *sacerdotes* ordinariè sacra perficiebant .Exo.40.1.2.3.4.&c. Heb.9.1.2.3.

Tabernaculum hoc manuum opera factum, quatenus via erat in sanctum sanctorum *significab. Christi* humanitatem maius & perfectius tabernaculum, non ex auro &c.manufactum; sed per spiritum conceptum; idq; quatenus Deus in ipso est múdum sibi reconcilians per sacrificium *Christi*. Heb. 9.11.& 10.20.

Huius instrumenta sunt	Altaria. Alia instrumenta.	Exod.31.8. 9.10.11.

Altaria illa erant altaria quadrata e Shittim facta.

Partes

Partes communes ex eodem metallo obductas habent { Cornua. Vectes.

Exod. 27. 1. 6. 7. & 30. 1. 2. 4.

Cornua erant partes, quatuor in angulis ipsius. *ibid.*

Vectes duo erant, in annulos suos, in duobus altaris lateribus ad portandum. Exod. 27. 6. 7. & 30. 4.

Altare duplex erat { *Holocaustorum.* *Suffitus.* } Exod. 31. 8. 9. 10. 11.

Altare primum, est altere e tabulis cauum, longitudine cubitorum quinq;, latitudine cubitorum quinq;, & altitudine cubitorum trium, ære obductum. Exod. 27. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

Eius instrumenta erant { Vasa Cribrum } *Ibid.*

Vasa erant ex ære fabrifacta.

Fuerunt autem { Ad cineres excipiendos, lebetes. Ad cætera { Palæ & crateres. Fuscinulæ & forcipes.

ibid. 3.

Atq; huiusmodi est altare primum. Quod ære obductum *significabat Christũ*, humanitatem suam ad omnia pro nobis sustinenda vi diuina sanctificare, vt ita reconciliatio adumbraret. Mat. 23. 19. Ioh. 17. 19. Heb. 5 9. Apoc. 8. 3. *omnibus inter se comparatis*.

Huius autem anguli & Crateres Sacrificijs & sanguine implendi, perfectam, tum *Christi* reconciliationem, tum abundantem piorum cultum sub

euangelio *depingebant*. Zach.9.15.16.

Altare suffitus, erat altare vnius cubiti longitudine, & latitudine, duorum vero altitudine, auro lecto, structuræ lateribus, vectibus, & circumquaq;, obductum, vt sit thymiaterium suffitus. Exo.30.1.2.3.6.

Habet partes proprias:
- Limbum aureum circumquaq;.
- Annulos duos aureos in limbũ iuxta binos angulos aptatos, ad duo latetera eius, quod erat in sedis vectibus.

Exo.30.3.4.

Positum autem erant ante velum, quod erat ante arcam testimonij, quo Deus conuenturus erat cum Mosche, semelq; quotannis in cornibus eius expiationem ex sanguine sacrificij oblati, facturi erant cũ animos affligerent.

Significabat autem, *Christum* omni potestate ornatum à patre in cœlo coram Deo regnare, vt pro nobis appareat & gratum cultum nostrum in se faciat, ex virtute sacrificij pro peccato semel facti, vt ita intercessio, altera muneris pars adumbraretur. Heb.9.24.25.26.27.28. &c. & 10. 14. *cum* Apoc. 8 3. *inter se comparatis.*

Atq; hæc de altaribus.

Alia instrumenta tabernaculi sunt:
- Præciosa magis.
- Minus præciosum.

Ex sequentibus.

Præciosa magis, quorum materia & vsus erat excellentior. *Ex sequent.*

Erant

Erant { Mensa. } Exod.25.
{ Lychnuchus. } 23.31.

Mensa erat, è lignis shittim longitudine sua duorum cubitorum, latitudine vnius, altitudine, vnius & dimidiati, auro obducta, vt iugiter haberet præsentem faciem Dei. *ibid.*

Habebat propria. { Partes. } ver.24.29.
{ Vasa. }

Partes erant { Circumiens. } ver.24.25.
{ Infernæ. }

Circumiens, erat limbus aureus circumquaq;. ver.24.

Infernæ erant { Fascia. } *ibid.*
{ Limbus aureus. }

Fascia erat palmaris circumquaq;. ver.25.

Limbus aureus erat ad faciem circumquaq; ne vacillaret mensa. *Ibid.*

Quare habebat { Annulos suos.
{ Vectes.

Annuli erant quatuor aurei, quatuor angulis inditi, qui in quatuor pedibus eius erãt: è regione fasciæ proximè sub ea erant, vt esset sedes vectibus ad portandam ipsam arcam. ver.27.

Vectes erant è lignis shittim auro obducti vt portaretur mensa. ver.28.

Vasa erant ex auro, quibus sternebatur mensa ver.29.

Erant autem vasa { Ornamenta. } *Ibid.*
{ Scopulæ. }

Ornamenta erant { Panem / Thus } respicientia.

Ibid.

Panem respicientia sunt { Scutulæ. / Scutellæ. } *Ibid.*

Scutulæ erant duodecim forma & magnitudine ad panes formandos. Leu.24.5.

Scutellæ erant scutularum tegmina, quibus in coquendo circumcludebantur panes vt forma eadem essent. Num. 4.7. vnde Scutellæ tegminis dicuntur.

Acerræ erant thuris cum panibus impositi receptacula, Leu.25.7.

Scopulæ erant repurgandæ mensæ instrumenta.

Atq; huiusmodi erat mensa cum partibus & instrumentis suis instructa.

Qua *figurabatur* Deum semper in ecclesia mensam verbo & sacramentis instructam, ad continuum cum *Christo* conuiuium pro suis sanctis habere; & ipsis consilio omnia parare necessaria. Psal. 36.9.10. & 65.3. Pro.9.2. Apoc.3.20. *inter se comparatis*. Etiam in cœlo ante faciem suam satietatem perpetuam gaudiorum pro suis parasse. Psal. 16.11. Luc.22.16 *inter se comparatis*.

Lychnuchus erat ex auro puro, opere continente fabrifactus, vt septem lucernas à sacerdote accensas, ad lucem præbendum ab omni parte eius contineret. Exod.25.31.37.

Habet

Habet etiam { Partes. / Vasa. } ver.32.38.

Partes sunt { Scapus. / Reliquæ. } ver.31.

Scapus est, ex quo reliquæ prodeunt. ver. 31.33.

Reliquæ sunt { Rami eius. / Lances eius cum adiunctis partibus. } *ibid.*

Rami sunt sex, e lateribus vtrinq; egredientes. ver.32.

Lances sunt sex ex illis ramis prodeuntes speciē amygdalæ referentes.

Habent { Mala oblonga. / Calyculos. }

Mala oblonga tria erant, sub duobus ramis; quibusuis seorsum ex scapo prodeuntibus. ver.35.33.

Calyculi sunt reliqui flores in lancibus. ver.31.

Vasa sunt { Forcipes. / Trullæ } ver.38.

Forcipes sunt instrumenta ad emugendas lucernas. *ibid.*

Trullæ sunt instrumenta ad purgandum lunas a decidentibus sordibus. *ibid.*

Atq; huiusmodi erat Lychnuchus per septem suas lucernas lucem præbens.

Qui *figurabat* in ecclesia, verbum propheticum plenissimè lumen præbere, in obscuro huius v

tæ loco, vſq; dum Lucifer, id eſt, lux plena poſt hanc vitam in cordibus noſtris exoriatur. 2. Pet. 1. 19.

Atq; hæc de magis præcioſis tabernaculi inſtrumentis.

Minus præcioſum eſt Labrum.

Labrum erat æneum, cum ſcapo eius æneo, inter tentorium conuentus, & inter altare holocauſti, vt aquam ibi haberent Sacerdotes, vt cum miniſtrarent tabernaculo, non morerentur, quia ſe non lauaſſent. Exod. 30. 18. 19. 20. 21.

Significabat autem, nos ad Deum colendum non poſſe appropinquare, niſi fide quotidiè in *Chriſto* labro per ſpiritum, & à peccatorum reatu plene, & a peccatis ipſis ex parte loti fuerimus. Heb. 10. 23. Tit. 1. 15. 16.

Atq; hæc de tabernaculo: Sequitur de Atrio.

Atrium tabernaculi erat ſanctuarij pars, quæ omnibus patebat, longitudine cubitorum centum, & quinquaginta latitudine, altitudine quinque è xylino internexo, cum paxillis & omnibus inſtrumentis ex ære. Exod. 27. 9. & Leu. 1. 3.

Partes habet ad	{ ipſius ſtructuram. introitum.	} *ibid.* 9. 10. 15. 16.

Partes ad ſtructuram ſunt, ex tapetibus ocellatis, xylino internexo, columnis cum ſtylobatis æreis, vncis & zonis argenteis.

Ex his extructæ partes fuerunt Exod. 27. 10. 12.	{ Longitudinis. Latitudinis.

Longitudinis

Longitudinis pars ad plagam meridianam dextrorsum, a læua autem ad plagam aquilonarem centum cubitorum vtrinq;, tapetes & columnas, cum stylobatis viginti habebat. ver.9.10.11.

Latitudinis pars ad plagam orientalem & occidentalem, tapetes quinquaginta cubitorum cum columnis & earum stylobatis, decem vtrinq; habebat. ver.12.13. Sed ita vt vtroq; latere in quindecim cubitos, tapetes ocellati erant, cum tribus eorum columnis & stybolatis. ver.14.15.

Ad introitum erat Porta, cuius tegmentum erat viginti cubitorum ex hyacynthino, & purpureo, & coccineo, dibapho, & natiuo xylinæ internexo opere phrygiano: cum columnis eorum quatuor & stylobatis earum. ver.16.

Atq; huiusmodi erat atrium: Quod visibilem ecclesiam, quatenus in eam etiam hypocritæ ad Deũ externè colendum veniunt, significabat.

Quorum tamen cultus cum ipsis à tabernaculo vero eijcitur. Psal.55.15.17. Apoc.11.1.2.

Atq; hæc de locis sacris. Sequuntur res sacræ.

Res sanctæ sunt	Communis. / Specialis.	Exod.30.30.34.& 31.11.

De rebus sanctis. cap.7.

Res sancta communis, est oleum sanctũ. Ex 30.31

Oleum sanctum, erat oleum ad tabernaculum totum, ad atrium vsq; & personas, introeuntes omnes cum vestibus eorum consecrandas vnctione sacra: vnde res sancta sanctorum dicitur. *Ibid.*

Figurabat autem dona præstantissima spiritus, quibus & *Christus* primo, sine mensura postea per

ipsum omnes ecclesiæ partes (*b*) tum munere fungentes, tum omnes Christiani, cum toto ipsorum cultu consecrantur & sanctificantur in honorem Dei. Psal. 45.8.9. Heb. 1.8.9.(*b*)2. Cor.1.21. 1. Ioa. 2.20.27.

Ad eius excellentiam illustrandam consideranda sunt { Confectura. Lex de ea. } Exod.30. 31.32.

Confectura autem hæc erat, accipe tibi aromatum præstantissimum, myrrhæ ingenuæ quingenta pondo, & cinamomi odorati dimidium eius, ducenta quinquaginta: & calami odorati ducenta quinquaginta, & casiæ quingenta, prout est pondus sacrum, & olei oliuæ hinem: ex illo parato oleum vnctionis sacræ vnguentum vnguentariæ operæ artificiosissimæ vnguentarij peritissimi. Exod.30.23.25.

Lex erat, vt sanctum esset ita confectum, soliq; Deo dicatum: ita vt nec secundum confecturam simile ei facerent, nec carnē eo vngerent vllam. ver.31.

Cuius legis æquitas, ne sacra cum suis proprijs actionibus in communes vsus, siue necessitates, siue lusus, adhiberentur, si facerent, excinderentur è populo: Quod posteà de adipe videbitur.

Figurabat etiam reprobos, etsi præstantissimorum, non tamen sancti filiorum & sacerdotum Dei vnguento vnquam delibutos & illitos fore. 1. Ioa.2. 19.20.

Hæc de communi re sacra, Speciales sequuntur.

Sunt { Aucta. Noua. } Leu.7. 22.24.

Aucta

Aucta, quæ prius dicta sunt; huc autem augmenta tantum referenda sunt.

Augmenta sunt in sacrificijs primo: Secundo de reliquis.

In *sacrificijs* primo, communes omnium leges tractendæ sunt, quæ omnium sacrificiorum communia attingunt.

Sacrificia autem sunt voluntaria, quorum tempus & genera libera sunt, & prout occasio obtulerit. Leu. 1. Leui. 2. Leui. 22. 29.

Et alias præscripta extraordinaria.

Hæ verò leges sunt de { *Sacrificium* consecrantibus. / *Sacrificij* speciali, scilicet adipe. Leuit. 2. 9. 10. 11. 12. 13. Exo. 29. 39.

De *Sacrificium* consecrantibus sunt de { Igne. / Sale. } { Marc. 9. 4. / Leuit. 2. 13.

De igne augmentum est, vt ignis cœlestis primò è cœlo demissus, alatur iugitur in altari quolibet mane per sacerdotem, lignis impositis. Leuit. 1. 7. & 6. 5. 6.

Vt significaret, Primò *Christi* sacrificium necessariò propter nos, etiã igne diuini furoris in peccata nostra accenso consecrandum: Secundò nobis etiam per tribulationes à Deo ipso ob peccata nostra immissas, in cœlum tendẽdum Marc. 9. 49. Heb. 11. 12. *cum lege & inter se comparatis.*

De sale lex est, *omne sacrificium & muneris tui oblationem sale salito, neq; cessare, sinito salẽ fœderis Dei à munere tuo.*

Sal fœderis erat, quod fœdus dei *obsignabat.*

Significa-

Significabat autem quemcunq; fidelem, ita in fœdere Dei per fidem esse confirmatum, vt per ignes, & aquas, vitæ, & omnium detrimentum faceret, potius quam pacem Dei, & bonorum amitteret. Mar.9.46.47.48 49.50.

Sacrificiorum adeps, erat pinguedo, musculorum extremitatibus aut membranis hærens, quæ frigore concreta, dura, & fragilis erat.

De hac autem lex erat, vt in *Sacrificijs* nec afferenti, nec offerenti cederet, sed Deo sacer esset, idque non modò in sacrificijs, sed etiam in animalibus ad communes vsus mactatis. Leuit.3.15. 16.17. 1.Sam.14 33.

Huius æquitas predicta est.

Significabat autem cùm nos selectissima quæque Deo consecremus, & ipsum, ipsiusq; gloriam etiam nostræ vitæ præferamus, illud ita esse ei gratum, vt per Christi passiones, præciosam, quam figurabat, pinguedo, benignitatem, & mercedem plenam, fælicitatemq; omnem à Deo solo reciperemus, non ab alio sacerdote vel à nobis ipsis. Psal.37. 8.9.& 63.6. Esa. 1.

Atq; hæc de communibus legibus Sacrificiorum.

Speciales sunt de { *Sacrificij* animalibus. / *Munere.* } Leuit. 1. 17. *cum* 2.16. *cum* 3.1.

De primo leges sunt, de { Materia communi illorum & ritu. / Speciebus. } Leuit. 1.2.10.14.

Mate-

Materia communis erat { Ex bestijs, vt bobus, ouibus siue capris, maribus vel fæminis, pro sacrificiorũ differentia, septẽ dies essét sub matre; alias inept è ad sacrificium erãt; nec vllum animal cum fœtu suo eodem die iugulandũ ad sacrificium. 23. 27. 28. Ex auibus, turturibus, aut è pullis columbæ. } *ibid*

Ritus communis omniũ sacrificiorum ex animalibus, est aspersio sanguinis, vt per sacerdotem ad altare spargeretur. *Ibid.*

Significabat autẽ sanguinẽ Christi super altare ipsum sparsum inde ab ipso, diuinitate scz. vim suam à peccatis purgandi habere. Mat. 23. 19. Heb. 10. 14. 2. Cor. 6. 19. Act. 20. 28. *inter se cum ipsa ceremonia comparatis*.

Speciale in ijs quæ ex auibus fuerunt, erat, quod ita vngue secabant, vt non separarent, ad Christi mortem absque vlla ossis fractura significandam. *Ex analog. cum Pascate.*

De speciebus sacrificiorum, sunt vel de { Expiatorijs. Eucharisticis. } Leui. 3. Leuit. 4.

In expiatorijs specialia erant in { Holocausto. Sacrificio pro peccato. } Leui. 5. 7.

In Holocausto specialia erant, vt ex bobus siue capreis esset, & sanguine circũquaq; super altare ipsũ sparso, tota nocte vsq; ad cineres cõsumabatur, quib. prius secundũ altare versus orientẽ ad reuerentiam positis, á sacerdote (vestibus mutatis) offerebãtur, in

locum

locum cineris mundum extra castra. Leui.1.16. & 4. 12. & 6.4.

In hoc autem, aspersio ságuinis super altare quod prius de ea dictum est arctius significat, & de omnibus alijs sacrificijs intelligendum, vbi aliud non exprimitur. Plena in cineres consumptio gratissimum esse significabat. Psal.20.4.

Si verò erat ex auibus, tum sanguine ad parietem ipsum altaris expresso, & ingluuie cum sordibus eius remota adolebatur in ipso altari.

Significabat grumos sanguinis Christi dolore expressos ante oblationem in cruce factam. Luc.2. 44.*cum ceremonia comparat.*

Atque hoc commune est de sacrificijs è columbis & turturibus. Leuit.5.11.

Sacrificia pro peccato sunt sacrificia in loco holocausti iugulata ad expiandum peccata. Leuit. 6.18.

Expiationem *per Christum* figurabat. Hebr.9. 22.26.27.

Eius materia pretij maioris, minorisue erat; pro circumstantijs personarum, & factorum peccata augentibus.

Vt significaret Christi passionem, non confusè modo sed etiam seorsim peccatis electorum fuisse analogam. Leuit.4.1.13.14.22.23.27.28. & 5.6. & 6.2.4. *cum* Esa.63.6.

Ritus omnibus communis est de	Sanguine. Reliquis.	Leuit.6.23. & 4.3.4. 17.25.34.

De sanguine ritus est, vt pars sanguinis super

cornua

cornua altaris aspergeretur: reliquum effunderetur ad basin altaris.

Significabat sanguinem *Christi* purgandi virtutem consequutum, in nos vberrimè infundi, vt à peccatis eo purgaremur. Mat.23.19.26.28. Act.22.16. *inter se collatis cum figura.*

De reliquis est de ijs { Quæ offerenda sunt intra. Quæ comburenda extra. } Leuit. 4. 8.9. 10. & 6.23.

Quæ offerenda sunt in his, sunt sicut etiam in eucharisticho, tantum adeps qui operit & adhæret intestinis, renes ambo, & adeps qui erit super illos, ad illia vsq; & reticulum super iecur:

Vt *Significaret* omnia præstãtissima affectionũ, quarum hæc fuerunt instrumenta & signa, & per Christum purganda, & Deo in gratiarum actione offerenda, Psal. 16.7. 8.9. 10. Rom. 12. 1. 2. 2. Cor. 6.1. 2.1. Thess. 5.23. *inter se & cum ceremonia collatis.*

Quod foris comburendũ, erat iuuencus totus cum pelle, capite, & cruribus, intestinis & fimo cum sanguine reliquo post sparsionem; omnia extra castra ad locum mundum, vbi cinis effunditur, super ligna comburenda, ita vt nihil altari seruientibus, ex ijs cederet. Leuit.4 11.12.13.20.

Significabat autem, sanguine in horto per grumos sparso super Christum, tanquam super altare suffitus aromatici, ipsum extra passurũ fuisse & opprobrium gesturum: ita vt qui *legalia* alteria, & *ceremonias legales*, vel sacrificia externa alia quæ-

cunq;

cunq; post Christum passum colerent; non forent sacrificij à Christo oblati participes. Heb. 13. 10.11. 12.13.Itaq; opprobriũ eius portandum à nobis,dum ob hanc causam reijcimur extra ciuitatem terrestré, cælestem quærentes.ver.13.14.

Sacrificia pro peccato sunt pro peccato { Ex errore. / Non ex imprudentia.

Leu.5.13.14.15.16.17.18.19.20.

Pro peccato ex errore sunt { Specialia magis. / Communia magis.

Leuit.4.*cum* cap.5.

Specialia magis sunt pro ijs peccatis errore factis,quorũ personis peccatum augetur.*Ex praeced.*

Sunt autem { Maiora. / Minora. } Leuit.4.

Maiora sunt vbi reatus peccati & sacrificij specialia maiora sunt.Leu.4.3.*ad* 22.

Huius sacrificij specialia sunt de spargendo sanguine.

De spargendo sanguine ritus erat vt digito sacerdotis septem vicibus coram Iehoua aspargeretur, & poneretur ex eo aliquid super cornua altaris suffitus aromatici,coram Iehoua,reliquo ad fundamentum altaris effuso.Leu.4.5.6.7.8.

Significabat multam & magnam purgationem faciendam esse.Psal.51.4.

Hæc *sacrificia* sunt pro { *Sacerdote* præcipuè. / Tota *ecclesia.* } *Ibid.*

In eo quod est *pro sacerdote* ritus particula-

tis erat, vt ipsi manibus priùs nixis in *sacrificium*, pro se iugularet. Leu.4.3.4.

Significabat sacerdotium hoc, non æternum & perfectum esse, cuius sacerdos sacrificio pro peccatis indigeret, reatu suo coram Deo ab ipso agnito. Leu.7.26.27.

Pro *ecclesiæ sacrificio seniores*, ecclesiæ personam gerentes, super caput iuuenci manibus suis nitebantur. Leuit.4.15.

Cuius *æquitas perpetua* est, vt seniores, presbyteri, & concilia in se communem errorum reatum recipientes, eum coram Deo agnoscentes confiteantur. 1. Chro.15.

Communia magis sunt quæ aliter atq; specialia se habent. *Ibid.*

Sunt pro { Principe, siue magistratu. / Vnoquoq; alio. } Leuit.4. 22.27.

Pro principe erat, capra mas integra. Leu.4.23.

Pro vnoquoq; ex vulgo *sacrificiũ* est { Commune. / Speciale. } Leu.4.30. *cum* 5.5.6.7.

Commune est pro communi delicto; erat è capris integra fœmina. Leu.4.27.28.

Speciale est quod pro peccatorum specialium *reatu* præscriptum erat. Leuit.5.7.8.17.18.

Hic autem peccatorum *confessio* coram Deo, de ijs peccatis pro quibus sacrificia offeruntur, facienda est. Leuit.5.7.

Sacrificium duplex est. { Communis. / Specialis.

Communis est pro errore facti, siue de immun-

ditia,

ditia, siue iuramento temerè concepto. Leu.5.4.6.

Sacrificium erat fœmina ouis aut capra, si verò manus non assequatur illud, tum duos turtures, aut duos pullos columbæ, vnum in sacrificium pro peccato, alterum in holocaustum offerat; quod si sacrificium ex animalibus non assequatur manus eius, tum decimam ephæ similæ in peccatum afferat, cuius pugillum sine oleo & thure adolerent sacerdotes in suffitum. Leuit.5.7.8.9.10.11.12.13.

Specialius erat pro peccato in rebus sacris per errorem facti siue iuris.

Sacrificium erat aries integer è grege. Leuit.5.15.18. Tum etiam afferebat è siclis argenteis sacris ad æstimationem sacerdotis, quo in rebus sacris resarciret defectum. Leuit.5.15.16.17.

Quod comune est sacrificio pro peccato non ex imprudentia. Leui.5.25.

Cuius æquitas perpetua est, vt non modò hæc peccata Deo confiteamur, & remissionem per Christum obtineamus; sed etiam restituerentur defectus. Leuit.22.15.16.17. Act.5.1.2.3.4.6. &c. per. comparationem inæqualem.

Atque hæc de sacrificijs pro peccatis ex errore commissis.

Sequitur ob peccatum non ex imprudētia, sacrificiū.

Vt si quis contra Iehouam, iniuriam fratri in negotio intulerit. Multo magis in maioribus criminibus Leuit.5.21.22.23. Leuit.19.22.23.24.

Sacrificium est Aries intiger è grege. Quo tempore autem reus peractus fuerit, cum oblatione re-

ſtituat etiam fratri ſuo, & quintam partem ſuperaddat ei. Leui. 5. 23. 24.

Æquitas autem hæc perpetua eſt, cum huiuſmodi peccatis reconciliationem apud Deum quærimus. Mat. 5. 23.

Atq; hæc de ſacrificijs *pro peccato:*

Sequuntur Euchariſtica *ex animalibus.*

Sacrificia hæc erant, ſi ex bobus, mas vel fœmina, ſi ex ouibus, ouis vel capra. Leuit. 2. & 22. 29.

Quod autem offerabatur in altari prius agitabatur agitatione coram Iehoua. Leui. 7. 20.

Significabat autem agitatio illa, etiam labiorum agitationem confitendo Deo in gratiarum actionē. Hoſ. 14. 2. fine & principio verſus. Heb. 13. 15 *inter ſe & cum ceremonia comparatis.*

Hæc de ſacrificijs ex animalibus:

Sequitur de munere.

Munus eſt oblatum ex inanimatis cum oleo & thure. Leu. 3. & 7. 11. Num. 15.

Eius *ſignificatio* ex præced. & ſequentibus eſt petenda..

Erant { Crudum. / Parata. } Leuit. 2. 14. 5.

Crudum erat è ſimila, cuius pugillum cum toto thure adolebat ſacerdos. Leui. 2. 2.

Parata erant { Cocta. / Toſtum. } Leuit. 2. 4. / 5. 14. 15.

Cocta erant { Arida / Cum liquore. } 4. 5. 6. 7.

Arida { In furno cocta / Ad sartaginē cocta. } ver.4.5.

Cocta in furno erant placentæ azymæ mixtæ oleo, aut lagana azima vncta oleo. ver.4.

Ad sartaginē cocta è simila, azyma mixta oleo, in frusta (oleo superfuso) secabantur. ver.5.6.

Cum liquore erat quod in cacabo mersū coquebatur, sacerdoti ipsi ablatum, de eo primo suffimentum eius tollebat & in altari adolebat. Leu.2. 7.8.9.

Tostū erat ex aristis recentibus igne tostis, contusum è spicis virentibus; cuius suffimentū cū toto thure eius in altari per sacerdotē adolebatur.14.15.16. & erāt primitiarum munus.

Hæc munera si voluntaria fuerint, tū nullo fermento, nec melle confecta, adolenda erant. Leu.2.11.

Significabat alacri animo & iucundo facienda. *Analogos* ex Deut.16.3.*per contrariam*.

Si verò in gratiarū actionem fuerit, tū præter hæc, panem fermentatum offerebāt, vt cū gratiarum actione iucunda, ad eam augendā afflictionū etiā recordarentur; *Analogos ex superioribus*.

Hæc munera etiā erant sacrificiorū appendices, & tū ex vino habebant etiā libamina. Nu.15.3.4.5.6. 7.8.9.

Significat autē, bonos super fidei suæ & ecclesiæ, sacrificio & λειτουργίᾳ se in martyrio (pro libamento) Deo offerre paratissimos esse. Philip.2. 17.

Si verò subrumum in sacrificiū parabat, tum munus è tribus decimis Ephæ similæ mistæ oleo di-

midio

midio hinc, & vini in libamen dimidiũ hinẽ offerebant. Nu. 15. 8. 9. 10.

In reliquis verò sacrificijs, in munus decimam Ephæ similæ cõmissam olei quarta hinis, & vini in libamen quartam hinis parabant. Num. 11. 3. 4. 5. 6.

Significatio ex præcedent. analoga petenda.

Atq; hæc de sacrificijs:

De reliquis augmenta sunt de { Ordinarijs { Primitijs. / Decimis. } / Votis. }

Deut. 12. 5. 6. 7.

In primitijs erat { Generale. / Speciale de primogenitis. } Exod. 22. 29. 30.

Generale erãt, de omnibus fructibus terræ primitiæ oblatæ. Deu. 26. 2. 3.

Significatio ex superioribus petenda.

Huius ritus duplices erant { Primi. / Secundi. } Deut. 26. 3. 4.

Primi sunt { Adducentis primitias. / Sacerdotis. } *Ibid.*

Adducentis actio est vt sacerdoti dicat. *Annũcio hodiè Iehouæ Deo tuo quod ingressus sum terram quam iurauit patribus nostris.* ver. 4.

Actiones sunt {
Verba præscripta. Deut. 26. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. de afflictione recordanda, & beneficijs commemorandis.
Actio lætãdi, quæ celebratur de omni bono quod dederat deus domui suæ, & Leuitæ & peregrino in medio suo. *Ibi.*
}

Huius ritus *æquitas perpetua* est, vt quotidiè, præcipuè in sacramentis, & miseriæ & beneficiorum Dei in Christo recordationem celebraremus. 1. Cor. 11.24.25.26. 1. Pet. 2.9.

Sacerdotis actio, vt è manu canistrum acceptum, ponat coram altari Iehouæ. *Ibid.*

Speciale de primogenitis ab exitu ex Ægypto constitutum erat, vt omnia bestiarum & hominis primogenita mascula Deo consecrarent, in recordationem liberationis illius ex Ægypto: Filios verò redimebant, etiam asinum hædo, nisi ceruicem eius frangerent, vt non sit in suorum vsum: reliqua autem comedebant coram Iehoua. Excipe si manca fuerint, tum in portis comedenda erant. Exod. 13.1.2.3. & 22.29. & 34.19.20. Deu. 15.19.20. 21.23.24. &c.

Vota sub lege sunt	Vota tantum. Res deuota.	Leuit. 22. 26.78.

Tantum vota sunt, vota rerum ad cultum Dei & locum sanctum necessariarũ, quæ, ex speciali sub lege exceptione, redimi poterant, exceptis ad sacrificia aptis. Leu. 27.1.2.3.4.5.6. &c.

Redimebant autem pro sacerdotis æstimatione.

Ea autem est, quæ pro rerum differentia per siclum sacrum præscripta est.

Siclus sacer viginti erat obulorum. Leuit. 27. 25.

Differentia est	Personarum. Rerum.	Leuit. 27.2. 11.12.

Persona-

Personarum erat pro sexus & ætatis differentia. *Ibid.*3.4.5.6.

Est autem { Iuuenum. / Senum. } 6.7.

Priorum duplex { Adolescentiorum / Puerorum. } 3.4.

Adolescentiorum à nato viginti annos ad sexagenariũ quinqugainta siclorum, si fœmina, triginta æstimatio erat.3.4.

Puerorum est duplex { Puberum. / Infantium. } 4.5.

Puberum, à nato 5. annos ad viginti natum, viginti siclorum;si fœmina erat 10.

Infantium, à nato vno mense ad 5.annos,quinque sicli,si fœmina tres.

Pro senibus à sexagenario & deinceps 15.si fœmina decem.

Rerum æstimatio est { Bestiarum. / Inanimatarum. }

Bestiarum, prout sacerdos æstimabat eam valere, addita quinta supra.ver.13.

Inanimatarum, erat { Domus. / Agri. } 15.16.

Domus, vt bestiæ.

Agri erat secundum sementem eius : Corus sementis hordeaceæ quinquaginta siclis argenteis : æstimatio autem facienda erat pro annorum ratione quibus deo manerẽt,addita quinta pecuniæ æstimationis supra eam : si non redimerit,aut viro alteri vẽdat,non amplius redimitor, sed sit vt res deuota.

Si verò emptus fuerit,tum æstimatio erit vt priùs pro annis quibus deo manebit.Si tenuior facultatibus,tum dabit prout æstimabit sacerdos.

Hæc de *votis*.

Res deuota siue anathema ex omnibus & hominibus & rebus alijs penes sacerdotes in perpetuum manebit. ver.28.

Decimæ erant ex omnibus quotannis soluendæ & Leuitis, pauperibus, peregrinis, pupillis, viduis, nullo modo vnquã Leuita in portis relicto vt ipsi comedant & saturentur. Deut. 26. 12.13. 14. Leuit. 27.30.31.

Hic spectanda:
- Redemptio decimarum quæ erat quinta illarum superadditarum.
- Decimandi ratio boum & gregum specialis. Quæ erat vt quo ordine ipsi è stabulis sua sponte exirent, decimus numerantis domini baculo segregaretur. Leuit.27.30.31.32.33.&c.

Hinc { *Decimæ* anni tertij. / *Decimæ* decimarum. } Nu. 18. 26. Deut. 26.12.13.14.

Decimæ anni tertij erant, quæ collectæ afferebantur, vt coram Deo cum familia, & prædictis personis conuiuium celebrarent. Si verò eas ferre non poterant; commutatas in pecuniam, in ijs quæ pro conuiuio necessaria erant, eas consumeret.

Huius

Huius ritus adiunctus duplex est, corā Iehoua { Protestatio quæ præcipitur Deut.26.13.14. / Præcatio quæ præcipitur. Deut.26.14. }

Decimæ decimarū erant quas qui ex decimis viuebant, ex decimis acceptis, Deo per sacerdotē primarium offerebant. Num.18.26.27.28.

Atq; hæc de auctis rebus sanctis: Sequuntur Noua.

Noua sunt { *Noualia.* / Propria in diuinū cultum destinata. } Leuit. 19.22. 23.24.

Noualia sunt fructus cuiusq; arboris, fructus esculēti, ab ipsis plantati huius fructibus tribus annis pro præputiatis habitis, neq; in cibū sumptis, anno quarto separati sunt, vt sint res sanctæ laudationum Iehouæ, vt augeat prouentum eius. Leui.19.23.24.

Huius significatio erat omnia alimenta nobis per peccatum immunda & incircumcisa esse: per fidem verò in Christo, precibus & gratiarum actionibus benedicta & sanctificata.

Ex legis verbis & 1. Tim.4. 4. 5. Tit. 1.15. *inter se comparatis.*

Propria ad *cultum diuinum* destinata sunt { Quæ manent in tabernaculo conuentus. / Alia { *Aqua expiationis.* / *Tuba.* } }

Num.19.4.

Quæ in *Tabernaculo conuentus* manent, sunt { *Suffitus.* / *Non adolenda.* }

Exod. 30.7.8.9.10.

Suffitus sacer erat *suffitus* aromatum ad lucernas optandi tempus adolendus, secundum propriã confecturam factus. Exod.30.7.8.9.36.37.

Propria confectura erat, qualis à nullo ad odorandum, sub pœna oleo sancto annexa, confici debeat. ver.16.37.38.

Erat autem huiusmodi.

Accipe tibi aromata, stacten & onychem & galbanum, nardi folia cum spicis & thus purum; pondus vnius prout pōdus alterius esto; & parato ex eo, pigmentum opus pigmentarij, salitum, purum ac sanctum. *Ibid.*34.35.

Figurabat Christi mediationem & spiritus gratiam, qua cultus nostri (vt sacrificia) Deo accepta redduntur. Psal.141.2.*cum* Rom.8.34.*inter se comparatis.*

Non adolenda erant	Panes propositionis. Lucernæ sacræ.	Leuit.24.2.3.4.5.6.7.

Panes propositionis erant duodecim placentæ ex simila coctæ, duarum decimarū Ephæ vnaquæq; duobus ordinibus sese æquantibus dispositæ: quarum quæq; in sua acerra, purum thus ei impositū ad suffimentum igne absumendum habebat. Leuit.24.5.6.7.8. Num 7.14.

Significatio ex prioribus petenda & circumstātijs his applicanda.

Lucernæ sacræ erant septem, accensæ ex oleo oliuæ, puro, tuso pro luminarijs: quæq; nocte, in candelabro prædicto collocatæ & accensæ. Leui.24.1.2.3. Exod.27.20. Num.8.1.

Figu-

Figurabat scripturas sanctas spiritus tantum opera & dono, ex seipsis interpretandas. 2.Pet.1.19. 20.21.

Aqua expiationis, erat aqua seperationis & peccati, id est, qua seperati ex immunditia & peccatis purgabantur. Num.19.9.

Erat figura Christi sanguinis idonei, vt fontis perennis, ad nos ab omnibus peccatis purgandos. Leu.13.1. Zach.13.1.

Huius confectura specialis & propria erat ex	Materia. Actionibus proprijs eam facientium.	Num. 19.2.3. 4.5.

Materia erat Iunix rufa, integra, cui iugum non fuisset impositum. Num.19.2.

Significabat Christum robustum, perfectum, nullis hominum mandatis subditum, sed patri in officium suum ab ipso consecratum, & segregatum. Heb.7.26. Luc.2.49. *inter se & ad cermonia comparatis.*

Qui in hoc negotio quid faciebant, lotis vestibus venientes in castra immundi erant in vesperam; *vt* peccati nostri contagionem illustrarent. 2. Cor. 7.1.2.

Actiones propriæ eam perficientium sunt	*Sacerdotis* primarij. Reliquorum.

Num.19.2.3.4.5.6.7.8.9.10.

Sacerdotis actiones sunt	Iugulationem spectantes. combustionem spectantes.

Num.19.3.4.5.6.7.

Primæ

Primæ sunt ver.3.4.
- Mandatum quo iubebat eam educi extra castra vt iugulet quis eam ver. 3.
- Significabat autem Christum e terrestribus rebus acceptum & extra portam crucifixum fuisse. Heb. 13. 12.
- Aspersio sanguinis.

Aspersio sanguinis erat, qua ex eo, digito acceptum aspergebat, versus anteriorem partem tentorij conuentus, septies.

Actionem *Christi* quotidie per spiritum ecclesiam sanguine suo spargentem; ad perfectam *iustificationis* purgationem, *significabat*. Psal. 51. 5. 9. 1. Pet. 1. 2. *inter se cum ceremonia collatis*.

Combustionem respicientes actiones erant duæ.

Prima, qua ante oculos suos pellem, cornua & sanguinem comburi cum fimo eius iubebat.

Significabat Christum libenter, & voluntate sancta, se etiam crucis morti subijcisse, & separatum, in manus aduentantis tradidisse. Esa. 53. 13. Phil. 2. 8. Ioa. 18. 6. 7. 8. *inter se collatis*

Secunda, qua *sacerdos* assumens lignum cedrinum, & muscum, & dibaphum coccineum, proijcit ea intra rogum illius Iunicis. ver. 6. 26.

Significabat Christum vt vt respectu nostrorum peccatorum diuina maledictione combustum: per spiritum tamen se ἄμωμον, donis spiritus plenum Deo sacrificium εὐωδίας obtulisse, ad nos purgandum aptissimum. Psal. 51. 9. Eph. 4. 2.

Actiones

Actiones aliorum erant	Comburentis & iugulantis.3.5.8.
	Colligentis cinerem istius quem relinquebat extra castra in loco mundo; vt coetui filiorum Israelis asseruaretur.

Atq; hæc de aqua expiationis: Sequitur de Tubis.

Tubæ sunt duæ argenteæ opere continente factæ, vt per *sacerdotum* clangorem, sint ad conuocandum coetum, & ad imperandum profectionem castrorum. Num.10.2.3.

Quare *congregationis clangor* est duplex ob causam	*Ecclesiasticam.*	Num. 10. 2.3.4. 7.8. 9.10.11.
	Ciuilem.	

Ob *ecclesiasticam* causam erat duplex	Ad congregandum.
	Ad lætitiam coelebrandam.

Num. 10. 8. 9. 10.

Ad congregandum clangor erat, sine fracto sono. Num.10.8.

Ad lætitiam, vt in solemnitatibus ad Holocausta, & sacrificia eucharistica: clangat in monimentum spiritualis lætitiæ coram Iehouæ. Num.10.10.

Ob *ciuilem* causam duplex	Congregationis.	Num.10.3.4.6.
	Profectionis.	

Congregationis clangor duplex est	Ambarum.	Nun.10.3.
	Vnius.	

Ambarum

Ambarum, ad totum cœtum congregandum ad portam tentorij conuentus. Num 10.3.

Vnius, ad principes primarios millium Israelis congregandos. ver.4.

Profectionis clangor duplex { Generalis. / Bello propria. } Num.10. 6.7.8.9.

Generalis pro cuiusq; profectione clangor fracti soni. ver.5.6.

erat duplex, { Cum primò clangebant, tunc castra versus orientem profecta sunt. / Cum secundò, tunc castra versus meridiem. ver.6. }

Bello propria erat fracto sono, vt esset memoria coram Iehoua Deo ipsorum, & saluarentur. Num. 10.9. Esa.41.13.

Figurabat autem sacrorum ministrorum in peccatis arguendis, in lætis annūciandis, in ijs ad spiritualem pugnam incitandis, clangorem & vim gloriosam. Num.10.9.10. Esa.40.2.& 58.1. Rom.10.14. 15.16.

Atq; hæc de rebus sacris: *Sequuntur* personæ sacræ.

De personis sacris cap.8.

Sunt autem { *Politeias* administræ. / Reliqui *sancti*. } Psal. 135. 1.2. & 132.15.16.

Politeias administræ sunt { *Extraordinarij*. / *Ordinarij*. } Deut.18.6. 7.8.15.16.

Extraordinarij sunt *Prophetæ* ex quaq; tribu, pro Dei voluntate excitati, successione ad *Christum* continuandi. Deut.18.15.16.17.18.19.20.

Ordinarij

Ordinarij sunt qui ad ordinariam *politeias* administrationem sumpti sunt: *Leuitæ*. Leuit.10.9.11. Num.35.1.8. Iosf.21.1.40. Gen.29.7. Num.3.11.15.45. & 8.14.

Quare hic etiam *munera* simplicia primo: Postea composita dicenda. Deut.17.8.

Simplicia *munera* hic sunt præter communia prædicta, propriū munus.
- *Sacerdotum.*
- *Leuitarum.*

Sacerdotes erant perpetua successionis linea ex Aharonis familia ad *sacerdotium in Tabernaculo* exercendum sumpti. Exod.28.1.& 29.44. Num.25.13. & 18. 1. 7.

Pars autem *muneris* propria *Sacerdotibus*, erat vt imponentes manus filijs Israelis, & nomen Dei inuocantes: in eo populum benedicerent, post cultum *Tabernaculi*, benedictione quæ præscripta est. Num.6.22.ad 27.

Figurabat benedictionem illam *Christi.* Luc. 24.51. Marc.16.19. Act.1.9. Mat.10.1.13.

Hac successione personarum, differentia a vero & æterno sacerdotio ἀπαραβάτῳ docebatur. Heb.7. 23.24.25.

Horum consideranda
- *Consecratio.*
- *Consecratorum*
  - Cibus sanctus.
  - Abstinentia sancta.

Leu.8.22.23.24.25.26.27.28.

Consecratio est personarum quæ omni carebāt corporis

corporis vitio,& multo magis, ex donorum defectu ἀδυναμία,Leu.22.17.24.Hos.4.11.

Significabat Christi perfectionem.Heb.7.

Consecratio habebat *ceremonias* proprias, quibus perfectis, in *Tentorio conuentus* manebat septem dies.Leu.8.35.34.36.

Communes autem omnibus *sacerdotibus* erant	*Sacrificia* specialia.	Exod.29.1.2.3.4.5.6.
	Aliæ actiones	7.8.

Sacrificia erant, Iuuencus subrumus, arietes duo, panes azymi, placentæ azymæ oleo mistæ, lagana azyma vncta oleo e simila tritici facta, positaq; in canistro admouenda.Exod.29.1.2.3.4.5.6.

Aliæ actiones quæ a Mosche primo posteà Aharone &eius successoribus faciendæ erant,spectāt	*Ecclesiam.*
	Ordinatos.

Leu.8.4.5.6.7.8.Exod.29.29.Leu.9.34.

Ecclesiam spectat, conuocatio eorum omnium ad portam conuentus.Leu.8.3.4.

Cuius *æquitas perpetua*, est prædicta *administrorum ordinatio* in cætu publico.

Ordinatos spectantes sunt	*Lauatio* personarum.
	Eam sequentes.

Exod.29.4.5.6.Leu.9.6.7.

Lauatio erat ex aqua e labro.*ibid.*

Cuius *significatio* illinc petenda.

Actiones sequentes sunt	Vestiendi ratio.	*ibid.* Leu.7.8. 14.15.
	Ad *sacrificia* actiones pertinentes.	

Vestiendi

Vestiendi ratio, erat *sacerdotibus* vestes sacras, pro cuiusq; differentia imponendi ratio. Leu.8.7.8. 9.13.

Vestes sacræ, sunt vestes ex Dei præscripto sanctæ; ad gloriam & ornatum *sacerdotum*. Exod. 28.2.40.

Significabant Christi gloriam & ornatum, ex donis spiritus primo : & posteà nostram quam in eo obtinemus. Zach.5.4.5.Psal.45.5.8.9.10.11.Esa.61. 3.& 62.1.2.3.4.5.6.7.8.9.

Communes autem sunt	Tunicæ cum baltheis. Exod.28.4.40. postea amicula dicebãtur. 1.Sam. 2.18.& 28.& 14.3.& 22.18.
	Fæmoralia a lumbis ad ima femina ad tegendam nudam carnem. Ex. 28.43.44.

Ad sacrificia actiones pertinentes (præter communia officia offerentium vt manibus *sacrificia* niterentur) actiones sunt omnes ipsius consecrati.Exod.28.15.16.17.18.19.20.21.26.27.28.29.&c.

Sunt præter communia *Sacrificantium*, huiusmodi sacrificia	Specialis sanguinis impositio.	*ibid.* ver. 23.30.
	Vnctio.	

Specialis sanguinis impositio erat, in qua ex arietis secundi sanguine accipiens, imposuit sacerdotum auriculis infimis, dextris, & pollici dextræ, & pedis pollici dextræ ; deinde sparsit reliquum sanguinis super altare circumquaque.Leu.8.23.24.

Significabat

Significabat autem:
- In *Christo* manus, pedes, omnesq; actiones sanguine & passione rubentes. Psal. 22.17. Zach. 12.10. Apoc. 1.7.
- In nobis auté partes omnes, actionesq; omnes sanguine *Christi* ab ipso purgandas & lauandas. Ioa. 13.5.6. 7.8.9.11.12.13.14.15.

Vnctio specialis, erat de oleo vnctionis, & sanguine illo quo Aharonem & vestes eius & filios eius & vestes eorum, vngebant. ver. 30.

Significabat Christum primò ex donis spiritus præstantiss. gloriæ & gaudij; tum nos per mortem illius sanctificatos fore ad seruiendum Deo. Esa. 61. 5.2.3.4.5.6.

Atq; hæc de consecratione *solemni omnium* sacerdotum: *Sequuntur cibi sancti.*

Cibi sancti sunt omnes *Sacrificiorum* reliquiæ, post oblationé ex primogenitis non redemptis, primitijs, & decimis ad *Tabernaculum* allatis, a *sacerdotibus* tantum mundis eorumq; familia, post consecrationem eorũ sanctificatis, comedendi. Num 5.9 & 18.8.9.21. Leu. 10.11. & 8.30.31.

Quare filia eius e familia nupta eum non comedebat, reuersa tamen vidua sine liberis in adolescentia sua ad patrem, comedebat. Leu. 9.10.11.12.13. Et si quis per errorem comederit ex ijs, addat quintam partem vt non ferat pœnam illius reatus. Leu. 22. 14.15.16.

Huius legis æquitas erat, vt qui ministerio seruiant, ex eo etiam viuant, neq; aliunde diriuanda esse

quæ

quæ huic vsui ad sufficientiam tātum destinata sunt. 1.Cor.10.13.8.& qui ex *sacrificijs* comedebāt Idololatrarum in Eidoleio, etiam altaris participes esse. 1.Cor.10.18.19.

Figurabat autem eos qui Leuitico se *sacerdotio* addicebant, vitam inde expectare oportere: vtpote qui cum *Christo* nullam habent communionem, quia alio quam ipsius *sacerdotio* se addicunt. Heb. 13.

Hi cibi sunt { Sancti. / Sanctiores. } Leu.22.22.

Sancti erant, primò *Eucharistica*, quorum nihil tertio die comedendum, sed reliquiæ comburendæ, alias *Sacrificium* illegittimum erat, & qui comedebat immundus. *ibid.* 7.8.9. Secundo primitiæ & decimæ. Deut.12.17.18.19.

Sanctiores siue sancti sanctorum erant, quos masculi tantum e *sacerdotibus* in atrio comedebant. Leu.6.17.18.19.20.26.27.28.29. Quare quicquid carnem illam tetigerat ita sanctum fuit, vt ad alios vsus non adhiberetur, sed si essent testacea frangerentur, si alia lauarentur prius. *ibid.* 11.20.21.

Atq; hæc de cibis sanctis.

Sequitur abstinentia sancta, *sacerdotibus* imperata: vt *Christum* supra omnes plenissimè sanctum significaret, Leu. 21. 1.2.3.4.5.6.7.8.9. Marc. 1: 24.

Eius duo membra sunt { primum, necessaria speċtat { alimentum. coniugium. } Secundum, luctum.

Leu.21.1.2.3.7.8.

In coniugio prohibebatur mulier meritrix, profana, repulsa a viro. Leu.21.7.

Cuius æquitas perpetua est, vt ministrorum vxores σεμναὶ sint, & in moribus, & educatione sua ab omni opprobrio immunes. 1. Tim.4.11.

In alimento, vinum & Shecar, siue potus inebriens cum vxoris consortio: quæ ipsis ad tempus quo intrabant in *Tabernaculum* prohibebantur. Leu. 10. 8.

Æquitas autem perpetua est, vt hæc (præcipue in ministerij executione) parce & ad infirmitates naturales subleuandas suscipiant. 1. Tim.5.23.

In luctu autem vt tantum super matre, patre, filio, filia, fratre & sorore sua virgine se in luctu contaminarent. Leu.21.1.2.3.

Atq; hæc de sacerdotibus.

Species sequuntur { Summus. } Leu.21.10.
{ Reliqui. } 11.12.13.

Sũmus sacerdos erat semper successionis vicissitudine vnicus, reliquorũ præcipuus, qui in *sancto sanctorum cultum* & obseruationem exercebat. Præcipuè *Christi* figuram in sui muneris partibus gerebat. Heb.9.6.7.

Huius considerand a { consecratio specialis. } Leu.21.
{ abstinentia specialis. } 10.12.

Specialis

Specialis *conse cratio* duo habet membra	Vestimentorum impositio specialis. Vnctio specialis.	Exod. *29.5.6. 7.8.9.*

Prima erat quæ ex speciali vestium differentia orta est.*ibid.*

Vestes illæ sunt quæ in propriam gloriam,& ornatum *summi sacerdotis* factæ sunt.Exod.28.2.

Causas autem habuerunt cum *Tabernaculo* communes.Exod.28.3.4.5.6.7.

Sunt autem	Præstantes. Præstantiores.	Exo.28.4.

Præstantes sunt , quæ ob materiam & vsum, inferiores præstantioribus erant . Exodus. 28. 7. 38.39.

Erant	Tunica Tessellata. Baltheus.	*ibid.*39.

Tunica natiuo xylino erat.*ibid.*

Baltheus ex opere Phrygiano.ver.*36.*

Præstantiores,quæ materia,forma & vsu præcellebant.Exod.28.6.39.

Sunt autem	Reliquarum partium. Capitis.	Exo.28.4 6.15.31.36.

Reliquarum partium vestes etiam sunt Exod.28.4.	Multarum. Pectorale sacrum.

Multarum partium sunt	Amiculum. Pallium amiculi.	Exod.28. 4.31.

Amiculum erat vestis ex auro, hyacinthino, & purpureo & coccineo dibapho, & natiuo xylino internexo, opere artificiocissimo factum. ver. *6*.

Eius consid.	Partes amiculo continentes. Imposita.	ver. 7.8.*9*.10.

Partes continentes sunt	Humeralia. Cingulum.

Humeralia sunt duo coniungentia in duabus extremitatibus, dextra & sinistra scilicet. ver. 7.

Cingulum vero erat ex auro, hyacinthino purpureo, & coccineo dibapho, & natiuo xylino internexo. ver. 8.

Imposita erant duo lapides Sardonychæ, opere artificiosissimo lapidarij, sculpturis tanquam sigilli insculpti: nomina duodecim filiorum prout nati sunt Israeli, ordine æquali, vtroq; lapide in se habentes.

Hi autem ita facti	Aptati sunt inter se. Tum impositi.	Exod.28.*9*. 10.11.12.

Aptati erant fundis aureis circumclusi. ver. 11.

Fundæ aureæ erant ad quas appositæ erant in hunc finem catenæ. ver. 14.

Catenæ erant æquabiles ex auro puro, opere tortili factæ. ver. 14.

Impositi autem sunt humeralibus illius amiculi; vt portet Aaharon nomina eorum coram Iehouæ super duos humeros, in monumentum. ver. 12.

Significa-

Significabant autem *Christum*, ecclesiam, eiusq; membra omnia, semper in memoria, propter amorem ardentissimum, etiam obuerso tergo; habere: & propter ipsos semper coram Deo apparere. Cant.7.10.11.Esa.62.5.6.7.Hag.2.23.Zach.3.4.Heb.7.26.*inter se & cum figura collatis*.

Palium ipsius amiculi totum hyacinthinum. Exod.28.31.

Eius partes { Limbus. Fimbriæ.

Limbus in medio erat, ori circumquaq; opere textili ne laceraretur, cùm caput transmittendum erat. Exod 28.32.

Significabat iustitiam, & robur Christi ad salutem suorum & inimicorum perditionem. Esa.62.1.2.3. & 59.15.16.17.*inter se & cum figura comparatis*.

Fimbriæ quæ circumquaq; tum malogranata hyacinthina, & purpurea, & coccinea dibapha in fimbrijs eius circumquaq;, tum tintinnabula aurea inter illa circumquaque inuicem succedentia continebant, vt audiretur sonus eius cum ingrederetur in ipsum sanctum coram Iehoua, & egrederetur; ne moreretur. Exod.28.35.

Significabat, tum Christi preces in diebus carnis suæ auditas, & ipsum a timore liberatum; tum continuam ipsius pro nobis intercessionem; deniq; spiritum in nobis interpellantem secundum Deum qui φρόνημα spiritus intelligit. Heb.5.7.8.9. Rom. 8.26.27.34.*inter se & cum figura comparatis*.

Atq; hæc de Amiculo & pallio.

Sacrum pectorale (quod & iuris dicitur, quia tum induebatur eo sacerdos cùm consulentibus Deum de iure responsurus erat. Num. 27.21. Hhez. 2.62. Neh. 7.65.) erat ex auro, hyacinthino, & purpureo, & coccinneo dibapho, & natiuo xylino internexo, opere artificiosissimo, quadratum, duplicatũ; spithamæ vnius longitudine sua, & spithamæ vnius latitudine sua. ver. 15.16.

Hic consid.:
- Inclusa.
- Aptandi ratio.

Exod. 28.17. 22. 23.

Inclusa:
- Inserta.
- Imposita

ver. 17.30.

Inserta erant lapides insiti, fundis aureis insitionibus suis impacti, numero duodecem, simili atqui sigillorum sculptura sculpti. ver. 17.21.

Hic considerandi sunt eorũ ordines, qui tres lapides cõtinebant singuli
- Præcedentes.
  - Primus.
  - Secundus.
- Sequentes.
  - Tertius.
  - Quartus.

In primo, pyropus, topazius, & smaregdus.

Secundo, Chrysophrasus, sapphirus, & adamas.

Tertius, Cyanus, & Achates & amethystus.

In quarto beryllus, thalassus, & sardius & Iaspis. ver. 17.18.19.20.23.

Imposita, erant in illo vrim & thummim, vt

esset

esset super cor Aharonis cũ ingrederetur coram Iehoua; sic portabat Aharon ius filiorum Israelis supra cor suum,coram Iehoua iugiter.ver.30.

Vrim & Thummim, lucem & perfectionem significantia ex vocis notatione;erant quædam ignota & inexplicata, Moschi soli a Deo data; vt ea inderet sacro pectorali.Leu.8.8.Exod.28.16.

Significabat Christum omnia perfectissime habere explorata & abscondita; quæ ex perpetua ecclesiæ memoria (prout opus fuerit) per media constituta semper omnibus & singulis membris reuelaturus erat. Dan. 8. 13. Col. 2.3. Psal. 25.14. Ioa. 14.15. 16.17.18.19.& 17.14.15.16.17.18.19.20. *inter se & cum figura comparatis.*

Aptandi ratio ex catenarum & annulorum mutua opera fuit. Exod.28.23.24.25.26.27.&c.

Catenæ erant æquabiles,opere tortili ex auro puro. 22.

Annuli aurei duo, in duabus pectoralis illius sacri extremitatibus positi.23.

Hinc aptandi ratio hæc erat, catenarum duæ extremitates, primæ annulis inditæ, secundæ vero fundis prædictis; apposito humeralibus amiculi pectorali ante faciem eius,& annulis,duabus extremitatibus pectoralis intrinsecus in ora eius, quæ est ad latus ipsum amiculi, infernè vero ante faciem eius, e regione alterius commissuræ eius, a superiore parte Cinguli ipsius amiculi, duobus humeralibus amiculi inditis, ita attollebant pectorale illud amiculis suis ad annulos illos amiculi vitta hyacinthina,

vt incumberet ipsi cingulæ amiculi & amiculo inseperabiliter in finem prædictum. ver. 24. 25. 26. 27. 28. 29.

Atq; hæc de ornamentis aliarum partium.

Sequitur capitis bractea, quæ erat ex auro puro, cui insculpebatur tãquam sigilli sculpturis *SANCTITAS IEHOVÆ*: ita cum vitta hyacinthina e regione anterioris partis ipsius cidaris in eum imposita, vt super frontem Aharonis iugiter esset, vt auferat iniquitatem rerum sacrarum, quas consecrauerint filij Israelis omnium donorum, rerum consecratarum ab illis, & vt sit beneuolentia erga illos coram Iehoua. ver. 36. 37. 38.

Figurabat autem intercessionem Christi continuam, cuius mediatione ex sacrificij virtute, & obedientiæ nostræ, næui, imperfectiones & iniquitates auferuntur, & imperfecta obedientia Deo accepta est, vt obtineatur beneuolentia eius. Mal. 3. 2. 3. Rom. 8. 34. 1. Pet. 2. 5. Apoc. 1. 5. Heb. 4. 16. *inter se & cum figura collatis.*

Atq; hæc de ornamentis summi sacerdotis. Vnctio sequitur.

Vnctio specialis erat, qua vngens oleum vnctionis acccipiens illud cum in tabernaculum & quæ in eo erant, tum in summi sacerdotis caput effundebat, ad sanictficandum eum. Leu. 8. 12. 13.

Significabat autem Christi vnctionem & sanctificationem, vt ecclesiam & omnem cultum eius sanctificaret etiam ipse. Psal. 2. 7. Esa. 42. 5. & 59.

&

& 51.89.Psal.45.9.Esa.61.1. Psal. 133,2.3.*inter se & cum ceremonia collatis.*

Hæc de vestibus & vnctione.

Sequitur abstinentia in	Coniugio. Luctu.	Leuit.21. 10. 11.12.13.

In coniugio erat, vt virginem tantum è populis suis in vxorem duceret.

Figurabat ecclesiam virginem Christo sine macula sistendam.2.Cor.11,2.

In luctu, vt nunquam caput suum retegat, neque vestimenta discindat, neq; ex sanctuario exiens de vllo lugeat; nam coronamentum & oleum Dei super ipsum est.

Secunda autem *figurabat*, *Christum* post resurrectionem, gloriam & summam fœlicitatem nulla macula miseriæ, dolore deniq; nullo, impediendam in cœlis consequutũ fuisse: vt eam, & nos per ipsum obtineamus. Zach.6.12.13.1.Cor.15.47. 48.49. Heb.2.7. Apoc.4.4.5.& 6.2. *inter se & cum figura comparatis.*

Atq; hæc de summo sacerdote:
Sequuntur de reliquis sacerdotibus.

Reliqui *sacerdotes* sunt, qui *tabernaculum* eiusq; cultum obseruabant; & postquã numero aucti fuerant idem humeris portabant. Num.4.5.15.Deut. 31.9.

Quare illud.Num.4.15.Temporariũ fuit, donec sacerdotes in numerum sufficientẽ creuerant; vt omnia post illud tempus exempla docent.

In horum consecratione, illud tantũ speciale erat,

erat, vt vestes propriæ ijs imponerentur. Leui.8. 13. Sunt autem Tiaræ ad gloriam. Exo.28.40.

Atq; hæc de sacerdotibus.

Sequitur de Leuitis.

Leuitæ sunt reliqui Leuitæ, ad ministerium sacrũ, loco omnium primogenitorum Israelis assumpti. Num.18.6.& 3.9.10.11.12.& 8.14 15.16.

Quod quia superabant primogeniti Israelitarum circiter ducentos septuaginta tres: ad ipsos redimendos, pro quoq; capite quinos siclos sacros accepit, & Aharoni & filijs eius dedit. Num.3.48.49.

Horum muneris partes erant:
- Tabernaculo erecto ipsi seruire.
- Cum deportandum erat illud deportare.

Num. 4.3.

In deportando, officium erat diuersis familijs distributum. Num.4.

Quare:
- Primò erat vt à *sacerdotibus* velo deposito *sanctuarij*, & à suo tegumento cum instrumentis tecto: illud cum suis omnibus instrumentis & adiũctis ordine præscripto collocatis portarent. Num.4.5.6.*ad* 15. Koathitæ.
- Secundo (eis in præfectũ Ithamare constituto) deportabãt.
  - Gershonitæ tabernaculi aulæa, tentoriũ cõuẽtus, cum instrumẽtis itẽ atrij portæ tegmentũ cũ suis adiunctis. Nu.4.25.28.
  - Meraritæ, reliqua. Num.4 29.32.

Atq;

Atq; hæ sunt munerir partes:

Ad quod obeun-dũ requirebatur	Specialis cõsecratio. / Ætas constituta.	Nu. 8.5.6. / 7.24.25.
Consecratio duas partes habebat	Purificationem. / Oblationem.	Num. 8.5.6. / 11.12.

Purificatio hæc erat, priùs aqua expiationis lauati, nouaculam super totã carnem suam ducebant, & lauatis vestibus purificabantur.

Docebat nullos ad ministeriũ sacrum idoneos esse, nisi ex gratia Christi & sanctificatione ipsius. 1. Cor. 3.15. Rom. 1.5. 1. Tim. 1.12.13.14. Gal. 1.15,16.17

Oblatio erat duplex	Populi. / Leuitarum.	Num. 8.9. / 10.11.12.

Populi, i. Seniorum eũm repræsentantium, qua manus Leuitis imponentes, eos Aharoni adducebãt, vt ipse offerat eos oblationem, coram Iehoua oblatos à filijs Israelitis; vt sint ad exercendum ministerium Iehouæ. vers. 11.

Leuitarum erat, iuuencos duos, vnũ in holocaustum, alterũ in peccatum offerre. Num. 8.12 13.14.15.

Æquitas ea est quæ primogenitorum.

Ætas autem duplex erat	Ministerium adeundi. / A ministerio reuertendi	Nu. 8. 24. / 25.26.
Adeundi etiã duplex erat	Præparandi. / Plenè exequendi.	Nume. 8.24. & / 4.3. & 4.7.

Præparandi ætas, erat à nato viginti quinq; annos & deinceps, ad tyrocinium exercendum, Num. 8.24 25.

Plenè exequendi, cum annos nati essent triginta. Num. 4.3.

Reuerten-

Reuertendi ætas erat, cùm annos nati essent quinquaginta. ver 25.

Cuius *æquitas* perpetua est, vt tantum idonei, quod ad annos & dona, ad ministerium accederent, primum ad tyrocinium obeundum, post autem ad munus plenè exequendũ; & eo probè functi, in prouecta ætate cum vltra non possint, potestatem haberent & reuertendi & quiescendi. Vide in disciplina calesf. supra de vocatione & filijs prophetarum.

Atq; hæc de simplicibus ordinarijs sacerdotum muneribus:

De composito verò, lex erat de summo Israelitarum senatu.

Sũmus senatus erat, ex sacerdotibus & Leuitis, ad controuersias arduas dirimendum. Deu. 18. 8. 9. 10. 11. Sicut etiam ad ciuiles controuersias componendas, Iudex summus constitutus erat.

Ad Christi autem regij muneris & sacerdotij excellentiam *figurandam*, posteà verò in Christi aduentu abolendum, hoc constitutum erat. Zach. 12. 7. 8. 9. 10. *Collato cum figura.*

Atq; hæc de sacris administris:
Sequitur de reliquis sanctis.

Reliqui sancti sunt { *Nazaræi.* / *Mundi* quicunq; }

Nazaræus erat, qui votum fecerit *Nazaræatus.* Num. 6. 4.

Nazaræatus erat votum, de se Iehouæ seperando *sanctitate* speciali. *Ibid.* Amos. 2. 11. *Lament.* 4. 7.

Specialis

Specialis sanctitatis membra erant { Dum erant in *Nazareatu.* / Cum cōplerētur *Nazaraatus* dies. } Nū. 6.3.4. 5.6.7. 13.14.

Dum erat in *Nazaraatu sanctitas* etiam duos gradus habebat. Nu.6.3.4 5.9.

{ Primus cùm sine næuo aliquo præstetur.
Posteà cùm in contrarium aliquid ipso inuito acciderit.

Primus erat vt ab omni vino & potu inebriante & illorū aceto, ab omni potu è maceratis vuis recentibus & siccis, ab omni re quæ ex vite viuifera fit à nucleis acinorū vsq; ad cutem, ab omni criniū tonsione, ab omni deniq; pro mortuis luctu se segregaret. Nu.6.2.3.4.5.7.8.

Æquitas perpetua sic, vt omnia mala, cū eorū medijs; & ea omnia quæ aliquam excusationis speciē continent, cum eorum medijs, fugiamus. Iud. 23.

De secundo gradu lex est, cùm ex repentino casu aliquo vt ex repentè mortuo *Nazaraatum* capitis sui poluerat; tum die septimo capite raso, & pro holocausto & peccato oblatis duobus turturibus, & sacrificio agniculi pro *Nazaraatu* separato, ad dies priùs constitutos se separet, quia irriti fuerunt priores dies. Nu.6.9.10.11.12.13.14.

Significabat Christi puritatē, qui ab huiusmodi peccatis ita perfectè segregabatur, vt nullus ejus figuram gereret perfectione aliqua, (nisi his peccatis expiatis) *Nazaraatum* rursus incipiat. Heb.7.26.

cum

cum figura collato

Secundum sanctitatis membrum est, vt tribus agniculis in holocaustum, in peccatum, & eucharisticum oblatis; tum caput suum radat, & acceptos capillos Nazaræatus sui imponat igni, qui subest sacrificio eucharistico; & ritu sacrificij eucharistici peracto *Nazaræatum* deponeret. Nu. 6. 15. 16. 17. 18. 19

Atq; hæc sunt Nazaræatus membra:

Cujus æquitas est, vt ecclesiæ ornamenta specialia, , alijs etiam pro donorum gratia, vitæ integritate prælucerent. *Lament*. 4. 7. Rom. 16. 7.

Figura autem in Christo erat, ipsum præ cunctis, numeris omnibus absolutè sanctum fuisse, & huiusmodi sanctitatem tandem ecclesiæ cõmunicaturum. Heb. 7. 26. Ephe. 5. 26. 27. 28.

Atq; hæc de Nazaræis:
Sequitur de mundis.

Mundi sunt, qui munditia *legali* sunt ornati.

Ea auté duplex { Nunquam amissa. / Restituta. } Leu. 15. 31. & 15. *toto capite*.

Restituta est, quæ ab immunditijs fuerint mũdati. *Ibid.* & sic in castra à quo ejecti erant recepti. Num. 5. 2.

Figurabat ex omni peccato rejectionem à Deo. Eph. 2. 11. 12. Ro. 6. 21. Apoc. 21. 27.

Vtræq; auté sunt duplices { Communes. / Speciales. } *Ibid.*

Communis est quæ habet purgationẽ communem Leu. 11. *toto capite*.

Com-

Communis purgatio est qua lotis vestib.immũdus fuit homo tantum ad vesperam.

Significabat omnia, etiam leuissima peccata in Christo expianda,& vt ea abijciamus curandum.2. Cor.1.1.1.Pet.1.15. *cum legis ratione.* Leu.11.44.

Huiusmodi immunditiam contrahebant,nõ modò personæ;sed res; quæ si testaceæ erant, frangendæ, sin alia,mundandæ.

Significat etiã peccati instrumenta,vel abijcienda vel emendenda.Mat.5.29.Iud.23.

Contrahebatur huiusmodi vel à { Mortuis. / Viuis. } Leu.11. 28.29.

A mortuis { Cibis. / Cadaueribus. } Leu.11.25.26. 28.29.

Cibi immũdi erãt è {
- Simplicibus {
  - Terrestria omnia exceptis bisulcis & cibi rumen reuocantibus.
  - Aquatilia omnia pinnis & squamis minimè prædita.
- Cõpositis,omne reptile volucre super quatuor pedes gradiẽs: excipe arbẽ, Solhamũ,Chargolũ, & Chagabum.

Leuit.11.*toto cap.*

Cadauera sunt tum horum immundorum ad cibos,tum morticinia omnia.Le.17.15.Deu.14.21. Leuit.11.*toto cap.*

A viuis fuerũt ex {
- Immũdarũ bestiarũ cõtactu.Le.11.30.31.
- Homi.carnis immundæ cõtactu. Leu.15. *toto cap.*

Specialis

Specialis erat, quæ ſpecialem purgationem requirebat. Leuit. 15. *toto cap.* Leuit. 14. *toto cap.*

Erat autem { Grauior. / Grauiſſima. } Nu. 5. 2.

Grauior eſt ex { Cadauere humano. / Morbo hominis. } Num. 19. 11.

Ex cadauere autem immundus erat ſeptē diebus, tertio autem die purificatus, ſeptimo mundus erat. *Ibid.* alias vero, ſi ad Tabernaculum acceſſerit, excōmunicandus.

Docebat ad ſacramenta & verbum venientem cùm ſit grauioribus ſceleribus coopertus, excōmunicandum eſſe. 1. Cor. 5.

Etiam ſi in *Tabernaculo* mortuus quis fuerit, *Tabernaculum* cum vaſis apertis ſupra quæ non fuerit pannus circumtortus, immundum erat.

Purgatio autem hæc erat, vt mundus acciperet de puluere iunicis exuſtæ, cui imponat aquam viuam in vaſe, & acceptum muſcum intingens aqua illa, aſpergat illud & omnia illa vaſa, & animas quæ ibi fuerunt die tertio & ſeptimo; & lotis veſtimentis mundus erit veſpere.

Idem eſto de immundo ex oſſe, & ſepulchro. Nu. 19. 17. 18. 19. 20. 21. 22.

Ex morbo hominis eſt { Communis. / Specialis. } Leuit. 11. & 12. 1.

Communis, cuius ratio communis.

Eſt autē quæ contrahitur uiri vel mulieris fluxu. Leuit. 11.

Huius purgatio eſt, poſt morbi ceſſationem vt ſepti-

ſeptimo die veſtimentis lotis mũdus ſit; tum octauo die offerat duos turtures, vel duos columbinos pullos, vnum in holocauſtum, alterum in peccatum.

Specialis erat mulieris puerperæ. Leu. 12.

Quæ ſi marem pepererat poſt ſeptiduam ex morbo impuritatem, etiam diebus triginta tribus à ſanctis rebus abſtinebat; Si verò fœminam, tum ex morbo impura erat duabus hebdomadibus, & poſteà à ſanctis ſeparata erat ſexaginta ſex diebus: Deindè auunculum in holocauſtum, pullum colũbæ aut turturem in peccatum; vel ſi non aſſequeretur manus eius quantũ ſatis erant pro parua pecude, tũ duos turtures, aut pullos columbæ afferebat, ad expiationem faciendam. Leu. 12.

Natiuam corruptionem pingebat, & in *Christo* remedium. Luc. 2.

Atq; hæc de grauiori immunditia:
Sequitur grauiſſima.

Grauiſſima autem erat ex lepra. Leuit. 13. & 14.

In lepra { Primò, iudiciũ inter mundũ & immundũ ſpectandum. Poſteà, purgatio. } *Ibid.*

Æquitas perpetua huius erat, vt priùs probarent homines, eorũq; peccata; tum autem pænis aſficerẽtur vel inculpatos pronũciarent. 1. Tim. 5. 24. 25.

Iudiciũ autẽ duplex erat { Dubium. Certum. } *Ibid.*

Dubium cùm ſigna non erant manifeſta; tũ autẽ per ſingulas hebdomades, recludebat ſacerdos,

donec essent signa manifesta. *Ibid.*

Figurabat suspensionem; qua nota quidam suspecti homines separabantur à quibusdam sacris, & aliquatenus ab hominum consortio; non tamen penitus eijciebantur vel à sacris, vel ab ecclesia, donec peruicatia, tanquam lepra manifesta fuerit. 2. Thes. 3. 14. 15.

Certum erat, cùm ex signis sacerdoti ad lepram dignoscendam descriptis manifestum esset. *Ibid.*

Lepra duplex erat	In homine.	Leu. 13. 45.
	In re alia.	46. 47.

In homine, si ex signis constitutis manifesta fuerit, tum sacerdos pronunciabat leprosũ esse, immundũ esse, tum (lex iubet) vestimenta ejus scissa sunto, & caput eius esto retectũ & mystacẽ, obuelato & immundus clamato, extra castra manens. Leu. 13. 45. 46.

Excommunicationis *pictura* erat. 1. Cor. 5. 11. 13.

Lepra in re alia est in	Instrumentis pelliceis.	Leu. 14.
	Domo.	55.

In pelliceis, si iudicio per temporũ præscriptas periodos facto, lepra fuerit dolorifica aut reflorescens: comburendũ erat instrumentum illud. Leu. 13. 47. 55.

Figurabat Idololatriæ & cuiusq; peccati instrumenta, abijcienda & consumenda igne. Deu. 7. 25. 26. Esa. 30. 22. Iud. 23.

Quare ex hac *significatione æquitas perpetua* manet; vt hæc omnia à cultu Dei abijciamus, & quatenus erunt incitamenta consumamus igne; forma autẽ & vsu mutatis, quæ manent priuatis vsibus adhiberi possunt, modò fiat absq; infirmorũ offendiculo,

culo.1.Cor.8.1.2.3.4.5.6.7.8.9.10.11.12.13.

Lepra in domo, si ad suā præscripta tempora obseruata, ex signis præscriptis lepra dolorifica inuenta fuerit; tum domus destruenda, lapides, ligna ejus, omnisq; puluis illius extra ipsam ciuitatem in locū immundum educantur. Leu.14 30.45. In hanc domū qui ingressus est, vllo dierum quibus reclusit eā, & qui cubauerit in domo, immundus esto ad vesperā. 46.47.ver.

Figurabat officium nostrum, vt omnia Idolorum monumenta, loca, statuas, excelsa altaria & huiusmodi destruere sollisciтè curemus, Deut.5.& 12. 1. 2.3.4.5. 1.Cor.6.17.

Atq; hæc de lepris;
Mundatio sequitur.

Purgatio duo requirit	Iudicium sacerdotis de sanitate recuperata. Purgandi rationem.	Leui. 13.58.59. & 14. 1.2.3. 4. & 48.49.

Iudiciū sacerdotis leprū sanatum esse, esto ex præscriptis sanationis signis. *Ibid.*

Significabat ecclesiæ ad signa à Deo præscripta de resipiscentia sententiā latā non immundū mundare, sed à Deo mundatū tantum pronunciare. quod iudiciū patienter exspectandū est, antequam pristinæ libertati eiectus restituatur. 1.Cor.2.6.7.8.9.10.17.

Purgandi ratio duplex est	Leuior.	Leu.14.53.
	Accuratior,	55.57.

Leuior est de lepra in instrumento pelliceo purganda.

Erat autē, vt secundo lauaretur & tū mundus erat.

Significabat pro peccatorum differentia, leuiora, resipiscentia, mūdanda esse. Leu.14.58.59. Mat.5. 23. 1.Cor.11.28.29.

Accuratior erat, quæ ex auicularum sanguine, aqua viua, ligno cedrino, musco, dibapho coccineo, facta est. Leu.14.6.7.8.49.50. 51.52.

Huius purgandi rationis membra duo	Debita materiæ præparatio. Eius applicatio ad purgationē faciendam.	Leu.14.5.6. 7.51.52.

Præparatio hæc est, auicularum viuarum, alterius per idoneū iugulatæ sāguis infūdatur in vas testaceū, super aquā viuā tum auiculam viuam cū reliquis acceptam, simul intingat aliquis in iugulatæ sanguinem, cum aqua viua. Leuit. 14.5. 6. 7. 49.50. 51.52.

Adumbrabat Christi diuinitatem, nūquā nobis sine humanitatis sanguine ad purgationem profuturam: neq; sanguinem (nisi dei vita fuisset viuifica) ad expiationē vnquam futurum fuisse idoneum. Ioh.6. 53.63. Act.20.28. 2. Cor.5.19. Heb.2.14.15.16.17. *cum figura inter se collatis.*

Applicatio etiam duo habet membra. Leu.14.6. 7.8.51.52.53.

Primum, est sanguinis aspersio, in rem purgandā septies.

Cuius figura prædicta est.

Secundum est viuæ dimissio extra ciuitatem in superficiem agri.

Significabat Christum consecratum, post mortē, sibi obedientibus esse in æternū authorē salutis.

Heb.

Heb.5.9.cœlis excelſiorem. Heb.7.26.

Atq; hæc eſt accuratior:

Eſt autem ad purgandam lepram	Hominis.	Leuit.14.54.
	Domus.	55.57.

Ad hominis lepram purgandam accuratior ratio

& ſpecialis duplex	Prima vt veniat in caſtra.	Leu.14.8.9.
	Secunda vt veniat in tentorium.	

Prima eſt, vt abluens veſtimenta ſua, & radens totum pilum ſuum lauaretur aqua; & ſic mundus erat, vt veniret in caſtra; non tamen in tentorium, donec ſeptem dies impleuiſſet.

Figurabat, neceſſe eſſe vt non reconciliationē modò; ſed ſanctificationē etiā in Chriſto pro hujuſmodi grauiorib. peccatis ſe conſequutū, indicijs idoneis indicaret; antequā hominū conſortium adiret. 1.Cor.6.11.Heb.10.22.23. 2.Theſ.3.15.16. *inter ſe cū figura collatis.*

Secunda erat die ſeptimo poſt, vt totius corporis à capite ad pedes pilis abraſis & veſtimentis rurſus ablutis, carnē ſuam cū aqua lauaret, & ſic mūdus erat vt tentoriū octauo die adiret. Leu.14.9.10.

Tum autem ſpecialis cultus duo habet membra	Sacrificia ſpecialia.	Leu. 14. 8. 9. 10. 11.12.
	Specialem & propriū ipſorum vſum.	

Sacrificia ſpecialia erant agni duo integri, vna annicula agna, tres decimæ Ephæ ſimilæ in munus miſtæ oleo, & ſextarium vnum olei.

Excipe ſi tenuis fuerit, agnū vnum in reatum, & decimam Ephæ vnam ſimilæ oleo in munus,

& sextarium olei, & duos turtures, aut duos pullos columbæ, in peccatū & hollocaustum accipiat. Leu.14.8.9.10.11.21.22.23.

Specialis erat duplex	Sanguinis.	Leu.14.15.16.17.
	Olei.	25.26.27.

Sanguinis erat, qua *sacerdos* de sanguine reatus accipiens, imponebat infimæ auriculæ dextræ eius qui purgatur, & pollici manus eius dextræ, & pollici pedis eius dextri. Leuit. 14. 14. 15. 16. 17. 26. 27. 28.29.

Olei erat, vt intincto sacerdos digito suo dextero, accipiens de oleo illo, quod erit in manu sua sinistra, aspergat de oleo illo suo septem vicibus coram Iehoua: De residuo autem quod erit in manu sua infimæ auriculæ dextræ eius qui purgatur, & pollici manus eius dextræ, ac pollici pedis eius dexteri, in loco sanguinis reatus imponat. Leui.14.16.17. 18.27.28.29.

Significabat in huiusmodi peccatis generalem totius hominis, eiusq; actionum omnium in Christi sanguine expiationem, in ipsius morte & resurrectione, sanctificationem, cum ad ecclesiæ priuilegia rediret, requiri. Act.8.22.23.24.2.Cor.2.6. *cum* 2. Cor.12.21. 1.Pet.1.14.15.*inter se & cum figura collatis.*

Atq; hæc est hominis specialis purgatio:

Domus autem nihil habet proprium.

Atq; hæc de munditijs omnibus:

Quibus adjuncta est ceremonia de non miscendis, seminum in agro, animalium in ipsorum coitu

& la-

& labore, vestimentorũ in indumento, diuersis speciebus. Leu. 19. 19. Deut. 22. 19.

Significabat autem aliorum mandata, cultus, mores malos & impios: cum Dei mandatis, cultu, moribus, & filijs Dei coniugio & consortio speciali, non esse miscendos. 2. Cor. 6. 14.

Atq; hæc de sacris personis:
Sequuntur tempora sacra.

Sacra autem tẽpora hic sunt { Partes. / Integra, vt anni. } Gal. 4. 10. *De temp. sacris. cap. 9.*

Partes sunt ex quibus anni componuntur. Quæ omnes cultum habent certò sacrificiorum numero præscriptum. Num. 28. Num. 29.

Sunt autẽ { Dies sacri. / Solemnitates. } Num. 28. 2. 3. 11. 16.

Dies sunt, qui cultus publici temporibus tantum sacri erant. Num. 28. 1. 2. 3. 11. 16.

Sunt autem { Quotidiani. / Kalendæ. } Num. 28. 2. 3. 11.

Quotidiani sunt, cujus partes juge sacrificium obtinent. Num. 38. 1. Exod. 29. 39.

Iuge sacrificium erat agni anniculi vnius, & decimæ partis Ephæ similæ in munus permistæ oleo contuso, & holocausti iugis, tum mane, tum inter duas vesperas oblati. Exod. 29. 39. 40. 41. 42. &c. Num. 28. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

Significabat autem preces nostras & cultũ statum & quotidianum; Deo per Christum, & spiritũ acceptum esse. 1. Reg. 18. 36. 2. Reg. 3. 20. Dan. 9. 21. Luc. 18. 1. 2. Act. 10. 20.

Kalendæ sunt principia mensiū. Cultus præscriptus erat è juuencis subrumis binis, ariete vno, agnis septenis anniculis, ternis decimis similæ in vnumquemq; juuencum, binisq; decimis in munus in arietem vnumquemq; pro libaminib. dimidio hinis in quemq; juuencū, tertia in arietem, quarta in agnū, & hirco vnum in peccatum. Nu. 28. 11. 12. 13. 14. 15.

Hujus *significatio* erat, omnes menses, & eorū tēpestates nobis per Christum consecrari, vt ipsum colentes in bonum nostrum cedant.

Solemnitates sunt, quæ saltem diem interdictū, & conuocationi sacræ consecratum habent. Leu. 23. 2. 3.

Sunt autē { Sabbati dies. / Festa sacra. } Leu. 23. 3. 4.

Sabbati dies est, septimus dies à creatione, cū ceremoniali sua obseruatione, in sabbatū peculiare dicatus. Le. 23. 3. Exo. 35. 2. 3.

Ejus obseruatio ceremonialis duplex erat { Cōmunis. / Specialis. }

Communis, cùm pro præscripto cultu habet vltra juge, duos agniculos immaculatos, & duas decimas Ephæ similæ in munus, permistæ oleo & libamine ejus. Nu. 28. 9.

Specialis erat, qua cautum erat, ignem nullū accendēdum in omnibus habitaculis illo die. *cap.* 35. 3.

Significabat prima obseruatio, cultum nostrū cùm magis intenderetur non acceptū esse nisi per Christum. *analogos ex praced.*

Secunda vero, deum per Christum nos quotidiè sancti-

ſanctificaturum, & in requiem, ignis afflictione liberum, introducturum. Exod. 31.12.13.14.15.16. cap. 35.3. Col. 2.16.17. Heb. 4.5.8.9.10.11.

Feſta ſacra ſunt, quæ ad menſium fere viciſſitudinem conſtituuntur. Leuit. 23. toto. Cap.

Sunt autem { Maximè ſolennia. / Minùs ſolennia. } Leu. 5.10.24.27.

Maximè ſolennia ſunt tria illa, in quibus ſingulis annis omnis mas comparebat in conſpectu Iehouæ; nemo autem vacuus. Exod. 23.14. Deut. 16.16.17.

Sunt autem { in principio anni. / In reliquis anni partibus. } Exo. 23.15.16 Deut. 16.16.

In principio anni, Paſchatis, quod priùs dictum eſt.

Huius autem lex vnica poſtea addita eſt, vt propter Cadauer immundi, & in via remoti, Paſcha celebrarent menſe ſecundo, decimo quarto die menſis, inter duas veſperas. Num. 9.10 11.

Præſcriptum Cultum habebat, ſupra calendarum iuuencos: ſubrumum vnum & arietem vnum. Num. 28.19.20.27.

In reliquis anni partibus.

Sunt { Feſtum ſeptimanarum ſiue Pentecoſtis. / Feſtum collectionis ſiue tabernaculorum. } Exo. 23.14.15 16. & 34.23.24 Deu. 16.16.17

Feſtum

Festum pentecostis in mense triticeo, cuius duo tempora	Dies agitationis. Dies penticostis.	Leu. 23. 10.11.15. 16.17.

Dies agitationis erat post mensem cessationis postridie. Leu.23.10.11.12.

Huius cultus proprius præscriptus erat, vt manipulo frugum ad sacerdotem allato, illud agitaret coram Iehoua ad acceptionē illorum, cum agno in holocaustū, & duabus decimis Ephæ similæ admistæ oleo, & pro libamine quarta hinis. Leu.23.10.11.12.13.14. vsq; ad hunc diem panem, tostasue aristas, aut spicas virentes non comedebant. Leu.23.13.14.

Obsignabat autem, se cum suis, acceptos esse Iehouæ per Christum. Leu.23.

Dies secundus erat mensis primi decimussextus, a primo quinquagesimus. Leu.23.16.17.

Hic dies erat in sanctā conuocationē. Leu.23.21.

Proprius cultus erat, vt cum communibus sacrificijs; in agitationem, coram Iehoua munus nouum afferent Iehouæ. Leu.23.16.20.

Munus nouum sunt ex nouis frugibus ex illa terra natis & domesticis, panes agitationis duo, duarū decimarum ephæ e simila fermentati, cocti. Leuit.23.15.16.17.

Significatio erat, vt cum lætitia memoriam dei liberationis cum corporis tum spiritus ex Egypto per Christum, gratè celebrarent. Deu.16.2.11.12.

Festum tabernaculorum erat festum dierum, a decimo quinto huius septimi mensis : vt cognoscant generationes omnes Deum fecisse vt in taber-

naculis habitarent filij Israelis, cum educeret eos ex Ægypto, celebrandũ in tiguriis. Leuit. 23. 34.35. 36. 42. 43. 34.

Tiguria illa, erant tiguria e termetibus arborum speciosarum, spathis palmarum, & ramis arborum densarum, cum torrentis salicibus collectis primo die, vt lætitiam in ijs coram Deo agitarent. Leu.23. 40.Neh.8.15.16.17.

Cultus autem huic festo præscriptus erat, a primo die ad octauũ (quo cultus communis erat) gradibus septẽ distinctus; Quibus omnibus commune erat cum suis adiunctis, arietes bini, & agni anniculi quatuor deni. Num.29.13.15.17.20.23.26.29.32.35.36.

Distinctio autem facta est in iuuencis subrumis, primo die ternos offerebant, postea autem ad octauum diem interdicti scilicet, vno semper singulis diebus dempto, reliqua ad numerum iustum offerebant. Num. 29.12.13. *ad finem capitis.*

Significabat autem, perpetuam memoriam de Christi morte & redemptione nostra, celebrandam esse cum gaudio summo & spirituali. Zach.14.15.16. 17.18.19.20. *cum ceremonia comparatis.*

Atq; hæc de tribus illis festis maximè solemnibus: Sequuntur reliqua.

Reliqua sunt, quæ cultum præscriptum Kalendarum habent. Num.29.1.2.3.7.8.9.10.

Sunt	Festum clangoris.	Leu.23.24.25. Num.29.1.2.3.
	Expiationis festum.	4.5.6.7.8.

Festum clangoris, erat primo die mensis septimi, tubarum

tubarum clangore celebratum. Leu.23.24.

Significabat continuam & spiritualem lætitiã sub Euangelio, cum cantu & gratiarum actione resonantem. Esa. 35.2.3. 10. & 48. 20. 21. & 49. 13.14. & 52.9.

Festum expiationis, erat dies decimus mensis septimi, ad animas ieiunio stato affligendas. Leu.17. 29.30.31. Heb.29.7.

Proprius huius festi cultus erat, vncti sacerdotis opus ad sanctuarium sacrum, tentorium conuentus, altare, sacerdotes ipsos, & totum populum expiandum. Leu.16.32.33.34.

Significabat ecclesiasticos conuentus, ministros & populum in cultu quotidiano peccantes, per Christum quotidiè expiari.

Ex festi tabernaculorum significationis analogia, & Leu.17.16. *inter se comparatis*.

Huius cultus duo membra	Rerum præparatio specialis.	Leu. 16. 3. 5. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. &c.
	Applicatio specialis.	

Rerum præparatio erat, vt pro ipso acceptis iuuencis subrumis in peccatum, & arietem in holocaustum, acciperet etiam duos hircos e capris in peccatum, & arietem vnum in holocaustum, & ratione sequenti pararet. Num.16.5.6.7.

Ea autem ratio erat, vt hircos Iehouæ ad portum tentorij conuentus sisteret, & duabus sortibus hircis impositis, vna pro Iehoua, altera pro Hhazazele, id est, capri profectione. Num.16.7.8.

Applicatio

Applicatio ſpecialis duplex erat	Prima, pro tabernaculo. Secunda, pro perſonis.	Leu. 16.15 17.18.21. 23.24.
Pro tabernaculo etiam duplex erat, pro	Sanctuario. Sancto.	*ibid.*

Pro ſanctuario, vt ex iugulati pro ſe iuuenci ſanguine, inſpergat digito ſuo ſuperficiem ipſius operculi propitiatorij, orientem verſus ante operculum propitiatorium, & iugulati hirci illius pro peccato, qui eſſet pro populo, intra velum etiam inferat & ratione prædicta ſpargat operculum propitiatorium & ante operculum propitiatorium: poſtquam acceptum plenum thuribulum prunis ex ipſo altari a conſpectu Iehouæ plenoſq; pugillos ſuos ſuffitu aromatum comminuto, & igni coram Iehoua, ita vt tegat nubes illa ſuffitus operculum propitiatoriũ, & non moriatur. Leu. 16.12.13.14.15.16.17.

Significabat cœlum ipſum peccatis noſtris nobis inquinari, donec Chriſti ſanguine & obedientia mundatum fuerit. Heb. 9.11.12.24.

Expiatio pro ſancto erat, qua e ſancto ſanctorum exiens, ad ipſum altare quod eſt coram Iehoua, de ſanguine illius iuuenci & hirci cornubus altaris imponebat circumquaq;, & digito inſpergebat ex illo ſanguine ſeptem vicibus. Leu. 16.18.19.20.

Significabat cœtum quemq; eccleſiaſticum, tantum ex ſanguine Chriſti omnibus remiſſis peccatis Deo acceptum eſſe. Heb. 9.21.22.23. &c.

Applicatio

Applicatio pro personis duplex erat { In hirco viuo. / In bestijs iugulatis. } Leu. 16. 21. 23.

In hirco viuo expiatio erat, qua Aharon ambabus manibus suis super caput illius & super ipsum omnes iniquitates filiorum Israelis, & omnes defectiones eorum, ex quibusq; peccatis eorum illo capiti hirci imponens per hominem accommodum in aliquod desertum, emittebat. Leu. 16. 21.

Significabat Christi diuinitatem lucem inaccessam inhabitantem, humanitati vim sufficientem ad ea patienda, ad quæ nulla alia creatura appropinquasset, tribuisse, ad peccata nostra plenè expianda. Leu. 16. 22. *cum.* 1. Tim. 6. 16. Ioa. 7. 34. 35. & Ioa. 13. 33.

In bestijs iugulatis est, quod vestibus lineis se exuens, & rursus carne in loco sancto lauata, vestimenta rursus induens: exiens parabat holocaustum suum & holocaustum populi vt pro vtrisq; expiationem faceret. Leu. 16. 23. 24.

Atq; hæc de expiatione.

Quæ cum semel in anno vnoquoq; facta fuerit a Sacerdote summo, tantũ per sãguinem bestiarũ significabat duo { Ad cultum ceremonialem. / Ad Christum. } Heb. 9. 10. 11. 12. 13. 14.

Ad cultum ceremonialem significabat, omnium fuisse exemplar pro tempore præsenti, quo dona, sacrificiaq; offeruntur, quæ non possunt in conscientia sanctificare cultorem, in cibis duntaxat & potionibus & diuersis ablutionibus ac ritibus carnalibus vsq; ad tempus correctionis imposita: tum autem

omnia

omnia abolenda.Heb.9.10.11.12.25.26.

Ad Chriſtum *ſignificabat*,ipſum per proprium ſanguinem, ſemel in ſacrarium, ingreſſũ redemptionem cõparaſſe,vt purgaret conſcientiam a mortuis operibus,ad ſeruiendum Deo viuo.Heb.9.14.

Atq; hæc de ſacris temporibus quæ partes ſunt.

Sequitur de integris	Annus ſabbati ſiue ſeptimus annus. Annus iubilæi ſiue quinquageſimus.	Leu.25.4.5.6.9.10.11.12

Sabbati annus erat ſeptimus quiſq;, a die expiationis incipiens,quo terra omnino ceſſabat, & ipſi de fructu annorum præcedentium & illo anno ſponte natis veſcebantur.Leu.25.4.5.6.7.8.9.10.

Significabat perfectam illam ſub Chriſto, in cœlis a peccato & omni infirmitate ceſſationem. Col.3.Heb.4.

Annus iubilæus erat quinquageſimus annus quiſq;, quo tubæ clangore, menſe ſeptimo, decimo die, omnibus habitatoribus in ipſa terra libertatem promulgarent.Leu.25.9.10.11.12.

Quare ex quouis agro comedebant prouentum eius, illo anno omnes ad hæreditatem & domus reuertebantur, ſerui etiam in libertatẽ plenam vindicabantur.Leu.25.12.13.14.23.28.29.

Quare pro annorum ad iubilæum ratione omnia vendebant.Leu.25.14.15.26.27.

Significabat Chriſtum tandem tempore ſuo plenam libertatẽ a tyrãnide peccati, diaboli, & inferni, ipſius voce proclamaturum.Eſa.61.1.2.3.4.Luc.4.18.

Atq;

Atq; hæc de temporibus ſacris : Et de politeia legali *vt primo inſtituta eſt : Sequitur de ea prout poſtea ad temporum periodos paululum inflexa, mutata & aucta eſt.*

De politeia legali mutata. cap. 10.

Sunt autem
- Antequam in Chanaan poſſeſſionem miſſi ſunt. — Act. 7.44.45.
- Poſtea. — Act. 13.18.19.

Antequam in Chanaan poſſeſſionē miſſi ſunt, pauca fuerunt propria
- Ordo in profectionibus & caſtris a tribubus ſeruandus. — Num. 10. 34.35.36.
- Ceremonia adiuncta.

Ordo eſt vt circa tentorium conuentus caſtra habeant. Num. 2.2. In anteriore parte orientē verſus vexillum Iehudæ, per exercitus ſuos caſtra habuerūt ad principatum; vſq; ad Chriſtum, deſignandum. Poſtea reliquæ tribus per plagas quatuor ordine qui præſcribitur Num. 2. *collocatæ ſunt.* (*a*) Pſal. 78.68.

Ceremonia adiuncta fuit
- Profectionis & requiei indicium. — Nū. 10.33. 34.35.36.
- Præcatio adiuncta.

Indicium erat nubes quietis & progreſſus, ita vt ex ipſius (id eſt Dei) præſtituto & irent & quieſcerent. *ibid.* Num̄. 10.20.21.22.23.

Significabat eccleſiam veroſq; fideles, ad Chriſti vocem quieſcere & proficiſci. Ioa. 10. 1.2.3.4.5.

Præcatio

Præcatio adiuncta est, quæ ad arcæ quietem, & profectionem facta est.

Significabat omnes nostras actiones sub Dei tutela & nomine faciendas. Col. 3. 17. id enim synech. per quietem & profectionem significatur. Psa. 4. 7. 9.

Duplex est præcatio
- Prima, cùm profectura esset arca, dispergunturinimici, fugiantq; osores tui a facie tua.
- Secunda, cùm consisteret, da quietem Iehoua myriadibus milliũ Israelis.

Atq; hæc est dum in Chanaan possessionem mitterentur. Sequitur postquam in Chanaan possessionem missi sunt.

Missi sunt autem ductu Ioshuæ, qui & nomine & officio Christum figurabat. Heb. 4. 8.

Particularem autem hæreditatem singulæ tribus (excepta leuitica sorte) sortitione obtinuerunt: idq; prout a Deo predictum est. Ios. 15. 1. 2. 3. Ios. 18. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

Ea autem fuit vt describitur Iosh. cap. 14. cap. 15. cap. 16. cap. 17. cap. 18. cap. 19.

Significabat autem electos gratuito, & Dei dono & sortitione gratuita, non merito suo, hæreditatem in cœlis obtinere. Act. 26. 18. 1. Pet. 5. 3. vnde etiam qui testimonium sui generis non retinebat, pro alieno habitus est. Hezra. 2. 59.

Atq; hac ratione in terræ possessionem missi sunt: Sequitur de politeias alteratione post facta.

Ea autem duplex est	Prima sub Dauide. / Secunda sub Salomone.	Act.7.46.47.

Dauid rex erat Israelis cui facta est promissio de Christo Messia, ex ipsius semine, in eiusq; solio per iustam successionem. 2.Sam.7.15.16.17.18.19. Psal. 132.11.12.13.14.Esa.11.1.

Hinc autem factum est, vt ipse pace, bello, afflictionibus, inimicisq; cuiusq; generis Christi *figuram* & typum, quàm clarissimum precipuè humilitatis respectu, posteri etiam suo modo gererent. Esa.9.7. Ier.33.14.15.16.17.18.19.Hos.3.4.5.Zach.3.7.8.9.10.& 4.7.9.Hag.2.23.Psal.22.

Hinc etiam, vt quæ his, præcipuè vero Dauidi, acciderunt, & postea etiam Christo, ea omnia fuisse Christi & eorum quæ eum spectabant *figuras* & *prophetias*, & proinde recte ad Christum huiusmodi omnia applicari. Ioa.13.18.Ioa.19.28. Rom.3.9. 10.11.12.13.

Atq; huiusmodi est Dauid.

In politeia autem duo ab ipso ex Dei voluntate procurata sunt	Primum quod stabile σκήνωμα Deo inuenit. / Secundum quod in muneribus quædam mutauit.	2.Cro.29.25. 2.Cro.8.26.Psal. 132.1.2.3.4.11. 12.13.14.1.Cro. 16.1.2.3.4.5. 6.&c.

Stabile σκήνωμα erat, quod Dauid Ierusalamis, loco arcæ parato tetendit, vt ibi statueretur. 1.Cron. 15.1.2.& 16.1.2.Psa.132.1.2.3.4.5.

Quare

Quæ in ecclesiasticis muneribus aucta sunt, est administrorum distributio, vt per singula sabbatha vices suas quas sorte obtinuerunt implerent. 1.Cro. 24.1.2.5.2.Cro.8.26.

Vices autem omnibus & seorsim & coniunctim designatæ erant viginti quatuor.1.Cro.23. & 24. & 25.& 26.

Fuerunt autem { *Sacerdotum.* / *Leuitarum.* } 1.Cor. 23.1.2.3.4.

Sacerdotes erant ex familia { Elhhazaris. / Ithamaris. } 1.Cron.24 6. 7. 8.

Leuitarũ duplices vices erant { Eorum qui diuturnum officium in templũ implebant. / Aliorum. } 2.Cro. 8.26.

Qui diuturnũ officium in templo implebant erant { *Sacerdotibus administrantes.* / Musici *sacri.* } 1.Cro. 25.1.2. 3.4.

Sacerdotibus administrantes erant qui tentorij,& omnis rei sanctæ obseruationem obseruabant.1.Cro.23.26.31.

Pro vicibus suis enumerantur.1.Cro.23.13.14.15. 16.17.18.19.20.

Musici sacri sunt,qui ad cuiusq; generis instrumenta sacra musica prophetabant,siue sacras cantiones canebant.1.Cro.25.1.2.3.4.5.

Erant autem tum { Doctores / Discipuli } prout

cum singulorum instrumentis & psalmis ipsis assignatis enumerantur. 1. Cro. 25. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. &c.

Sacra hæc musica sub Dauidis regno constituta, spirituale & plenum ecclesiæ gaudium sub Christi regno figurabat. Esa. 48. 20. Psal. 49. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

Alij sunt { Thesauri sacri administri. / Ianitores. } 1. Cron. 23. 3. 4.

Thesauri Sacri administri fuerunt, qui omnibus sacro Thesauro dicatis, siue imperatis, siue voluntarijs votis vel deuotis, tum ad cultum internum, tum operi externo ad donum spectanti, præficiebantur. 1. Cron. 23. 2. 3. 1. Cron. 26. 14. 26. 27. 29. Neh. 11. 16. quibus locis per familias & vices enumerantur.

Ianitores sunt, qui pro quaq; porta, in vnaquaq; plaga constituti sunt, ad custodiam, quorum vices & stationes propriæ enumerantur. 1. Cron. 26. 1. 2. 10. 11. 12. 14. 15. 16, &c.

Atq; hæc de Dauide: Sequitur de Solomone.

Salomon Dauidis filius, Israelis rex, patri succedens, omnibus hominibus, sapientia, diuitijs, regniq; pace & gloria præcellebat, vt Christi regni plenam & perfectam pacem & gloriam figuraret. 1. Cron. 19. 25. 2. Cron. 1. 7. 8. 10. 11. 12. 15. 16. 17. Psal. 45. 2. Cron. 9. 22.

Quare ipsius tempore omnes Chananæi iuxta

pro-

promissionem Abrahamo factam ei subijciebantur. 2.Cron.9.22.23.24.26.27.28.29.

Sub Solomone ad politeian diuinam, vt huic loco propria pertinent	Templum ab eo ædificatum.	2. Cron. 6. 1.2.3.4.
	Eius dedicatio.	

Templum ab eo ædificatum erat in monte Morijæ, a Deo designato; quod suis partibus omnibus & instrumentis tabernaculo analogum amplitudine, dignitate & stabilitate illud omnino superabat. 2.Cron.cap.3,cap.4.cap.5.

Eaque loca sacra & tabernaculum, sed arctius, (seruata cuiusque partis analogia) figurabat. Ioa.2. 19.21.Dan.5.11.

Dedicatio templi erat, qua Salomon Sacerdotis in precando & docendo partes agens, domum hanc ad cultum Dei precibus, ipsius in omnes vsus præsentiam implorantibus, consecrauit.2.Cro.6.1.2.3.15. 16.17.18.19 20.21.

Quare ex hac ceremonia, Christi intercessionem arctius *figurabat*.

Hæc autem domus post captiuitatem ædificata est, sed non cum priore gloria, vt in Christũ viuum templum magis intenti essent. Hesr.3.11.12.13. Hag. 2.6.7.8.9.10.

Atq; hæc de politeia Iudaica.

Nam quæ ab Esekiele, tum ab huius structura & cultu, tum etiam de prædicta terræ distributione, discrepãtiæ referentur, eo potissimum factæ sunt, vt

Christum, eiusq; ecclesiam sub his typis, non modo adumbrarent, sed etiam vt iam in ipso desituras, & vt vmbras corporis cessuras doceret. Ezech.40.17.& 41.7. & 43.22. & 45.1.2.3.22.23. & 46.6. *cum* Num. 28.11.& 47.cap.& 47.35.

¶ LIBER NONVS.

De Euang. discip.

cap.1.

De Euan. generalit. cap.1.

EVangelica est quæ *Euangeliũ* obtinuit. Heb. 2.1.2.3.4.5.6.7.Heb.12.16.17.25.26.Vnde βασιλεία τȣ̃ θεȣ̃ καὶ τῶν οὐρανῶν dicitur. Mat.3.1. Marc.9.1. Mat.11.4.11.12.Act.1.3.

Euagelium, est ea pars verbi Dei quæ omnia de *Christo* in veteri scriptura promissa, impleta esse omnibus gentibus lætè annunciat. Rom.1.1.2.& 10. 15.16.& 16.26.Eph.3.5.6.7.8.9.10.11.

Quare eo patefacto, omnes figuræ & vmbræ abolentur, & eius ministeria omnia, & ritus omnes, ad eam simplicitatem & paucitatem, quæ spiritualem eius gloriam minimè obscurent, sunt compositæ. Ioa.4.21.22.23.1.Cor.1.17.& 2.4.5.6.7.8.12.13.

Pro primo autem sacramento fœderis habet Baptismum.Mat.28.19.Mat.16.16.

De bapt. generalit. cap.2.

Baptismus, est primum sacramentum fœderis euangelicum, quod aquæ lauacro *Christi* κοινωνίαν obsignat.1.Cor.1.13.14.15.16.

In eo autem partes externæ sunt { Administrantis. / Recipientis.

Administrantis, vt baptizandũ ita in nomẽ patris, filij & spiritus sancti lauet & consecret vt inde σαρ-

κὸς ἀπόθεσις ῥύπου ſequatur.Mat.28.19.& 3.6.11.26 27.28. Ioa.1.2.3. Ac.2.38.& 19.4.5.6.&.22.16.Ep.5.26.

Recipientis, vt παλιγγενεσίας λουτρῷ lauandum ſe in κοινωνίαν prædictam patris, filij & ſpiritus ſancti conſecret Act.22.16.

Partes vero *internæ* ſunt vel { *Tribuentis.* / *Recipientis.* } Tit. 3. 5. 6.

Tribuentis eſt Dei, qua per ſpiritum ſanctum, baptizatos *Christo* induit, ad λουτρὸν internũ. Mat. 3.11.Act.2.38.& 22.16.Eph.5.26.Tit.3.5.6.

Eius λουτροῦ duo ſunt membra { Primum peccatorum ἀπόθεσιν. / Secundum iuſtitiam. } ſpectat.
Act.22.16.Eph.5.26.Tit.3.5.6.

Primũ eſt, quod ex *Christi* mortis & ſepulturæ merito, illud præſtat.Rom.6.1.2.3.4.5.6.7.8.

Eius rurſus duo ſunt membra Act.2.38.

Primum, peccatorum omnium reatum & pœnam delendo, eorum plenam remiſſionem tribuit. Act.2.38.Act.22.16.

Secundum, quo vetus homo cum eius actionibus ita cum *Christo* ſepelitur, vt peccati corpus euacuatum, non amplius ſeruiat peccato.Rom.6.6.

Atq; hæc de primo λουτροῦ *membro.*

Secundum eſt, quod ex *Christi* iuſtitiæ, reſurrectionis, & vitæ merito, illud præſtat. Eph.5.26.1.Pet. 3.21.22. Eius duo membra.*ibid.*

Primum, quo plena iuſtificatio tribuitur.

Secundum, quo noua ad iuſtitiam vita, continuis ſuis incrementis perficienda baptizatis inſeritur.

Tit.3.5.6.1.Pet.3 21.22.

Atq; hæc de interna actione tribuentis: Sequitur interna actio recipientis.

Ea autem eſt,qua ex vera fide,cum bonæ conſcientiæ ἐπερώτηματι εἰς θεὸν, omnia prædicta cum Chriſto recipit. Gal.3.26,27.1.Pet.3.21.22.Act.22.16. Tit.3.5.6.

Atq; hæc de baptiſmo euangelico, quatenus ſequentibus omnibus ſit commune.

Per eius autem adminiſtrationem diſcipulos initiabant.Math.3.4.11.Ioa.4.12.

Diſcipuli autem erant, qui publica facta peccatorum ὁμολογήσει, nomen in baptiſmo dederant, ſe fore doctrinæ Euangelicæ auditores & profeſſores veros.Math.3.6.& 5.1.& 10.1.& 11.2. Ioa.1.35.37.& 2.2.25.26.27.28.30.31.

Vnde etiam poſtea Euangelij profeſſores diſcipuli dicti ſunt.Act.14.21.

De politeia intermedia diuina.ca.3.

Euangelicam hanc politeian (tanquam φωσ-φόρος diem)politeia intermedia præcedit. Mat.11.4.11. 12.Marc.1.1.2.3.4.5.& 6.12.13.Luc.8.1.& 9.1 2.6.

Intermedia politeia, eſt politeia ex vtraq; præcipuè euangelica compoſita.*ex præced.* & Mat.3.1.2. & 4.17.Marc.1.1.Luc.4.43.& 5.14.& 22.7.14.15.*inter ſe comparatis.*

Quare, vt homines ad illam honorificè deponendam,ad hanc autem cum ſpirituali ſua gloria zeli quaſi violentia ad ſe rapiendam, erudiat,eſt conſtituta.*ex præced.*& Mat.11.5.12.13.14. Mal.3.1.Ioa.4. 21.22.23.Act.19.4.5

Hinc

'Hinc etiam miniſteria intermedia. *Ex præcedentibus omnibus cum* Rom. 15. 8. *inter ſe comparatis.*

Intermedij miniſterij propria membra ſunt	Specialis doctrinæ		adminiſtratio
	Eam etiam obſignantis.		

Act.19. 1.4.5. Mat.3.1.2.3.4.5.6.11.& 4.17. Ioa.4.1.2.

Specialis doctrinæ duo mēbra erant	Primum, regnum Dei iam iam appropinquare.
	Secundū, vt ex vera reſipiſcentia ad illud recipiendū ſint comparati.

Mat.3.2.& 4.17.& 10.5.6.7.8. Ioan.4. 1.2.35.36. 37.38. *inter ſe collatis.*

Intermedia miniſteria, ſūt	Ioannis Baptiſtæ miniſterium.	Ioa.2.25.26. Mat.10. 1.6. 7. Luc.3. 13. & 9.1.2.3.4.
	Euangelicæ politeiæ magis contiguū.	

Luc.7. 33.34.

Iohannis Baptiſtæ miniſteriū, eſt miniſteriū intermedium, quo *Chriſti* erat prænuncius. Mat. *vlt.* Mar.1.1.2.3. Luc.3.4.5.6.7.8. & 2.76.77.78.

De Ioan. bap.miniſterio ca.4.

Eius mēbra propria, erant	Propriæ doctrinæ		adminiſtratio.
	Baptiſmi propria		

Luc.3.5.15.16.17.8. Act.19.4 5.

Propriæ doctrinæ adminiſtratio erat, quæ de *Chriſto* venturo, etiam coram præſenti teſtimoniū illuſtriſſimum reddebat. Ioa. 1. 6. 7. 8. 9. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21.22. 23. &c.29. &c.36. &c. & 2. 26.29.30. 31. 32. 33.

Baptiſ-

Baptismi propria administratio est, qua illud in *Christum* venturum,& iam veniētem, administrabat.Luc.3.3.15.16.17.Ioa.1.26.23.Act.19.4.5.

Atq; hæ sunt ministerij ipsius partes,ad quod ministerium exercendum;*(a)*ab ipsius cōceptione, dei per angelū voce; à natiuitate verò per paternā prophetiam, designatus est: insuper ab vtero *(b)*Nazaræatu & *(c)*eximijs spiritus donis (vt populum (sicut Elias)ad Deum suum reduceret ornatus : anno ætatis quasi tricessimo ad munus plenè exercendum à Deo missus est *(a)* Luc.1. 13. 14. *(b)* 76. 77. 78. Luc. 1. 14. 15. Mat. 3. 1.2. 3.4.5. 6.7. *(c)*Luc. 1.15. 44. 80.Ioa.1.5.6.7.8.

Atque hæc de Ioannis ministerio:
Sequitur ministerium euangelicæ politeiæ magis contiguum.

De Euāg. polit. minist. magis contiguo. cap.5.

Quod est ministeriū,vt Iudæos maximè ad regnū dei magis adhuc propinquans adduceret. Mat.10.6, Luc.10.1.2.Mat.15.24.Ioa.4.35.36.37.

Hic autem baptismus in *Christum* iam præsentem erat administratus.Ioa.4.1.2.3.

Hoc ministerium est duplex	*Christi.* / Discipulorum.	Mat. 10. 1. 2.3.4. *cum* Luc. 10. 1. 2.Heb.2.3.

Christi ministerium,erat ministeriū intermediū, ad politeias diuinæ διόρθωσιν adhuc illustriorem destinatum.Mat.5.*toto cap.*Mat.23.*toto cap.*

Ejus membra propria sunt Marc.4,10.34.	Aperta / Secreta	Magis administratio.

Aperta

Aperta erat, quæ apud omnes prout occurrebāt in vijs, synagogis & familijs, præstita est. Mat.4.23. & 5.1.2.3. Luc.5.1.2. Ioa.6.1.2.3. & 9.1.2.3. Luc. 11.37. 38. & 10.38.39.

Eius duo membra	Primum, quæ corruptelas omnes legis acriter repræhendens eam ad suum nitorem restituit per doctrinam suam.
	Secundum, quæ euangelij doctrinam prædicatione sua personis applicauit. (*b*) Quare in parabolis ad condemnationem iustiorem ingratæ multitudinis, doctrinam eius proposuit. (*b*) Marc.4.11. 12.13. Mat.13. 14. Luc.8.10.

Mat.5.*cap*.6.*cap*.7.*cap*.23.*cap*.17.

Secreta erat quæ cum discipulis seorsim præstita est. Marc.4.10.34. Luc.12.3.

Eius duo membra	Primum, de ipsorum institutione.	Mat.26.20.28 Mar.14.18.22
	Secundū, de sacramenti secundi institutione.	Luc.22.14.19 20.21.

De ipsorum institutione erat quo eos ad omnes muneris partes ita instruebat, vt essent pro propria ipsorum muneris differentia, scribæ ad regnum dei edocti. Mat.13.52.

Secundum sacramentum euangelicum, est sacramentum secundum, quo, panis & vini vsu præscripto, αὔξησις continua in perpetua *Christi* κοινωνίαν obsigna- *De cæna dom.cap.7.*

obſignatur, Mat.26.26.27.28.Mar.14.18.19.20.21.Luc. 22.14.15.16.17. 1.Cor.11.24. 12. 1.Cor. 10. 16. 17. & 12.13.

Huius ſacramenti ad plenum nutrimentum obſignandum,& Chriſti mortem continuò annuncidam duo membra { Primum,de pane. Secundũ,de vino. } *Ibid.* Ioa.6. 1.Cor.11.26.

In primo membro { Actiones externæ { Adminiſtrantis. Recipientis. } Actiones internæ. }

Adminiſtrantis ſunt, vt εὐλογία ſiue conſecratione peracta,panem frangat,fractũq; tradat, dicens, accipite, comedite, hoc eſt corpus *Chriſti*, i. veri corporis ſacramentum.Mat.26.26.Mar.14.24.Luc.23. 19.1.Cor.10.16.

Recipientis,vt reuerenter manu accipiant,& comedant,ad corporis nutrimentum.*Ibid.*

Actiones internæ ſunt { Tribuentis Dei. Recipientis. }

Tribuentis Dei, *Chriſtum* à patre obſignatum, corpus verum pro peccatis contritum, ad ſpirituale͂ αὔξησιν omnibus offerentis,veris autem chriſtianis Exhibentis.Mat.26.26.Marc.14.22. Luc.22.19. 1.Cor. 10.16.

Recipientis,eſt fide,*Chriſti* corpus, & ita *Chriſtum* cum tota eccleſia recipere,& ſibi applicare, vt inde,tum ijs quæ iuſtificationem, tum quæ ſanctificationem ſpectant,magis magiſq; nutriatur. 1.Cor. 10.16.17. 1.Cor.12.13.

In ſe-

In secundo membro actiones { Externæ. / Internæ. }

Externæ { Tradentis. / Recipientis. }

Tradentis sunt vt εὐλογίᾳ peracta vinum effūdat, effusum autem omnibus tradat, dicens bibite ex hoc omnes, hoc est sanguis noui testamenti, qui pro multis effunditur (a) i. huius sacramentum efficax. Mat. 26. 27. 28. Luc. 22. 19. 20. (a) 1. Cor. 11. 25. *cum alijs comparatis.*

Recipientis, vt manu accipiat, bibatq, ad corporis ex humido nutrimentum. *Ibid.* Mar. 14. 23.

Internæ actiones { Tribuentis Dei. / Recipientis. }

Tribuentis Dei, qui sanguinem *Christi* in cruce effusum pro multis, omnibus offerentis, fidelibus verò ad spiritualem potum Exhibentis. Mat. 26. 27. 28. Mar. 14. 24 Luc. 22. 19. 20.

Recipientis, vt fide sanguinem Christi cum tota ecclesia recipiat, & ita sibi applicet, vt eo nouo testamento efficaciùs in ipsis obsignato, in ijs omnibus quæ ad iustificationem & sanctificationem pertinent, per *Christi* κοινωνίαν magis magisq; nutriantur. 1. Cor. 10. 16. & 12. 13.

Atq; huiusmodi est sacramentum Euangelicum secundum, quod & sancta cœna dominica. 1. Cor, 11. 20. *Dicitur, ea autem peracta, sacrorum Psalmorum, in gratiarum actionem aliquis decantari debet ab ecclesia.* Mar. 14. 26.

In prima autem institutione, (quæ ad vesperam

post paschatis esum vt eius abolitionem clarius demonstrare facta est) in *Christi* mortem iamiam futuram respiciebat. *Ibid.*

Postea autem, donec venerit *Christus*, in recordationem mortis præteritæ præstandus est hic cultus. *Ibid.*

Atq; hæc de Christi intermedio ministerio:

De disciplina minist. cap. 8.

Discipulorum ministerium, est intermediũ, *Christi* ministerio coniunctum: eiq; seruiens. Marc. 3. 14, 15. Mat. 10. 1. Luc. 9, 1. Luc. 10. 2. 3. 4.

Eius duo membra { Primum, vt prædictam doctrinam proponerent cuiq; ciuitati. Secundum, vt eam miraculis obsignarẽt per nomen ipsius.

Luc. 10. 8. 9. Marc. 6. 13. Mat. 10. 8.

Miraculorum species duo recensentur { Dæmoniorum eiectio. Ægrotorum sanatio.

Ibid. Luc. 9. 1.

Ægrotos autem sanabant, prius ad gratiam eam obsignandam olei vnctione vtentes. Mar. 6. 13.

Hoc munus autem bini coniunctim cum festinatione obibant: Mat. 10. 9. 10. 11, 12. alimentis autem quæ apponebantur ab his, qui ministerium acceperunt contenti: ex eorum autem qui ipsos reijcerent, orbe egressi, puluerem à pedibus excutiebant, vt esset testimonium aduersus eos. ver. 9.

Ad illud autem designati sunt { Apostoli primò. Septuaginta discipuli posteà.

Luc, 10, 1.

Apostoli

Apoſtoli omnes vicos obibant. Luc.9.6. Hi autem 12.erant pro tribuum Iſraelis numero,prout numerantur.Mat.10.2.3.4.5.
Diſcipuli autem,ante faciem eius, in omnem locum & vrbem quo futurum erat vt ipſe veniret, miſſi ſunt, Luc.10.1.

Atque hæc de politeia intermedia:
Sequitur de Euangelica,huius quaſi fructu & flore.

De donis. cap.9.

In hac autem politeia, ad (*a*)euangelium primis ſuis temporibus,tum confirmandũ,etiam apud infideles,(*b*)tum ad eius per omnes gẽtes curſum è Ieruſalem accelerandum dona & (*c*)miniſteria quædã extraordinaria,tum ordinarijs tum(*d*) extraordinarijs miniſterijs inter ſe diſtinctis communia,(*e*) & etiam ab ijs nonnunquam ſeparata;ſpiritus ſanctus & Chriſtus dominus abundè è cœlis eccleſiam onerauerunt.(*a*)Mar.16.17.Heb.2.4.(*b*)Luc.47.48.49.Act. 1.4.5.6.7.8.9.(*c*)1.Cor.12.4. 5.6.9.10.11. 12.(*c*) Iac.5. 14 (*d*) Act.1.4. 5.6.7.8. & 2. 1.2.3.4. & 4.30. Act. 8.5.6. 7.Rom. 15. 18.19. 1.Cor.14.18.(*e*) 1.Cor.12. 11.12.13.& 30.

Hæc autem dona ſpiritualia ſunt { Meliora. / Vtilia. } 1.Cor.12.31.1.Cor.14.2.

Melius,eſt prophetia extraordinaria. *Ibid.*1.Cor. 14.6.23.24.25.26.

Ea autem eſt prophetia ex ἀποκαλύψει.

Ἀποκάλυψις, eſt actio ſpiritus mentibus hominum exhortationem immediatè, vel ſaltem , quod ad menſuram & modum , extraordinariè inſtillans.

stillans. 1.Cor.12.6.24.25.26. 1.Cor.12.10.

Vtilia sunt etiam { Prophetiæ cognata / Ab ea remota magis. } 1.Cor.14.6.& 12.10.

Prophetiæ cognata, sunt quæ ei subseruiunt. *Ibi.* 1.Cor.14 6.27.28.

Sunt auté { Διάκρισις Πνευμάτων. / Linguas spectantia. } 1.Cor. 12.10.

Discretio spirituum est donum peculiare de interioribus mentis motibus per externa; & ijs quæ à Prophetis proponuntur singulari propè ratione diiudicandis. 1.Cor.12.10. Act. 8.21.13. 1.Cor.14.29.

Linguas spectantia sunt { Genera linguarum. / Interpretario linguarum. } 1.Cor.12.10.

Genera linguarum, sunt quæ ad prophetiam maiori vtilitate exprimendam, & confirmandam subseruiunt. 1.Cor.14.26.27.

Interpretatio linguarum est, donum de linguis ad aliorum intellectum reddendis, ne sint pro infidelibus diuinæ iræ signum. 1.Cor.14.21.22.27.28. Quare lingua, etiamsi aliâs prophetia non possit ad aliorum fructum in ecclesia proponi, non tamen sine interprete loquantur, nisi sibi ipsi & Deo. 1.Cor.12. 27.28.

Ab ea remota magis sunt { Χαρίσμα ἰαμάτων. / Ενεργήματα δυνάμεων. } 1.Cor.12 9.10.

Δύναμις per meton. causæ, significat ea miracula insignia, quæ præcipuè ad veritatem à calumnijs vindi-

vindicandam & impios puniendos, fiant. *Ibid.* Act. 5.5.9.

Atq; hæc de his donis cæteris distinctis ministerijs communibus.

Ea autem ministeria sunt { Ordinaria / Extraordinaria. } 1.Cor.12.28.Eph. 4.11

Ordinaria hîc sunt, ad ecclesias præcipuè congregandas & constituendas destinata. *Ibid.* Act.14.21 22.1.Tim.1.& 2.& 3.Tit.1.

Ea autē sunt { Primarij / Euangelistæ. } Ephe.4.21. 1.Cor.12. 28. 1. Tim.1.1.3.Tit.1.5.

Primarij, sunt quibus præcipuè euangelium retectum est per spiritum. Ephe.3.5 *De Apostol. ca.10.*

Sunt autē { Apostoli / Prophetæ. } *Ibid.* Ephe.4.11 1.Cor.12.28

Apostoli sunt primarij, qui ad omnes gentes missi sunt. Mat.28.19. Rom.1.5.

Eorum muneris partes sūt { Vt doctrinæ fundamentum cum præcedentibus prophetis ponant. / Vt in ecclesijs congregandis & constituendis, prima quæq; & grauissima summa in ecclesia authoritate perficiant. }

Mat.28.19.20.Marc.15.16.20. Act.1.3.4.5.6.7. Act.22. 14.15.& 26.16.Rom.15.18.19.20.21.1.Cor.3.10.11.*inter se collatis,*

Doctrinæ fundamentum, totum *Christi* verbum post prophetas veteres ad ecclesiæ vsum quemcunque θεοπνεύστως proponunt. Ioan. 17. 20. 1.

Cor.3.10.11. 1.Cor.7.40 & 11.1.2.3. & 13.35. 36.37. Gal.7.8.9.10.11.12.13.14.

Illud autẽ faciebant { Prædicatione sua. } 2.Thes.2.15.
{ Scriptis suis. } Ioa.17.20.

Prædicatio erat ex *scripturis propheticis*.Rom. 16.26.

Scripta autem vel propria ipsorum manu, vel ab ipsorum ore, vel ex ipsorum voluntate spiritus etiam motu perfectissimè exarata & Apostolorũ testimonio ornata sunt.Luc.1.2.3.4.5. Rom.16.22. 1. Cor.16.21. Coloss.4.18. 2.Thes.3.17. Quare tunc verbum in Euangelica politeia sunt libri noui testamenti.

De libr. noui Test. cap.11.

Libri noui fœderis sunt qui præcipuè *nouum fœdus* explicant.Luc.1.2.3. Heb 3.4.5.6.7.8. *cap.* 2. *Cor.*3.4.*cap.*

Vnde omnium librorum volumen *nouum testamentum* dicitur.

Ex ἐξηγητικοῖν { Historici sunt de { Christo. / Actis Apost. } / Propheticus vnicus, ἀποκαλύψις Ioannis. }

De *Christo* historici sunt quatuor à duobus Apostolis Matheo & Ioanne; duobus Euãgelistis Marco & Luca conscripti, quorum singuli continent historiam sufficientem, omnes verò quam perfectissimam de *Christi* secundum humanitatem origine, vita, morte, ipsiusq; factis & dictis omnibus, quantũ euangelicæ doctrinæ interest.Luc.1.2.3.4.5.Act.1.1.2. Ioa.21.31.Mar.1.1.*& ex inscriptionibus*.

Quod

Quod vt melius appareat omnium ſtudium particulare conſiderandum. Luc. 1. 1. 2. 3. 4. *cum* Ioa. 20. 30. 31.

Sunt autē { Qui hiſtoriæ virtutes inſectati ſunt vt, { Luc. Mac. } Qui eam ad vſus quoſdam peculiares applicarunt. { Mat. Ioan. } }

Ex preced. & ſequentibus.

Lucæ proprium ſtudiū erat vt hiſtoriam exactam & plenam ex rerum ordine & ſerie contexeret. Luc. 1. 2. 3. 4. Hinc omnia à primordijs in ipſo alte repetita.

Marci autem, vt hiſtoriam ita breui compendio contraheret, vt tamen aliorum dicta magno orationis lumine admirabili ratione illuſtraret. *Quod ex cuiusq; ferè hiſtoriæ comparatione luculentiſſimè conſtabit*

Mathæi proprium ſtudium erat vt miracula arctiſſimè aſtringens doctrinam verò latiſſimè perſequutus Hebræis præcipuè omnia ſcripturis Hebraicis confirmaret.

Quare hinc Hebraiſ. quam in prædictis frequentiores. Hinc veteris ſcripturæ teſtimonia ex hebræo cōtextu quam in reliquis quod ad verba accuratiùs redduntur.

Ioannis verò ſtudium erat vt doctrinā de *Chriſto*, ipſius natura & officio, idq; ex miraculorum vſu contra omnes præcipuè ſui temporis hæreſes confirmaret. Ioa. 20. 30. 31. & 2. 11. 22. 23. vt *ex totius hiſtoriæ contextu facilè diligenti lectori conſtabit.*

De actis Apostolorum liber est qui historiam à Luca conscriptam de Apostolorum ministerio, doctrina, gestisq; omnibus ad perfectum doctrinæ & ecclesiasticæ gubernationis exemplar sufficientem continet. *Ex inscriptione.* ex 2. Tim 3 10.11.12. 14.15

Apocalypsis est liber à Iohanne Apostolo & κατ' ἐξοχὴν *Theologo* dicto, conscriptus, qui propheciã de ijs quæ ipsius seculo, & per omnia secula, præcipuè sub Antichristo ecclesiæ euentura sint, iuxta Christi ipsius apocalypsin continet. *cap.1.cap.vlt.*

Dogmatici libri sunt epistolæ ab Apostolis conscriptæ, vt doctrinam suam totam, ex ecclesiarum suarum circũstantijs omnibus ecclesiæ necessitatibus applicatam, perfectè literis proprijs consignatam relinquerent. Ioa.17.17.20. Eph.3.20. Apo.21. 14. Rom. 19.16.17.1.Cor.11.cap.14.cap.16. Eph.3.1.2. 3. Gal.6. 15.Col.4.16. 1.Thess. 5. 26. 1.Tim. 3.17. & 5.13.14. Tit.1.5.Heb. 6,3. 2.Pet.3. 1. Iudæ. 1.5. Ioh, 1.1. 1. Pet.5.12.

Epistolæ sunt { Particulares. / Catholicæ. } Ex ordine & inscriptionibus Epist. Pauli & aliorum.

Particulares sunt quæ particularibus personis scriptæ fuerunt.

Sunt autẽ { Ecclesijs particularibus. / Personis particularibus. }

Ecclesijs particularibus scriptæ sunt à Paulo nouem: ad Romanos vna, ad Corinth. duæ, ad Galat. vna, ad Ephes. vna, Ph[illegible]. vna, Coloss. vna, Thess.

duæ.

Personis particularib. vel	Euangelistis.	
	Alijs pijs.	

Euangelistis scriptæ sunt de *politeia ecclesiastica*, qualis constitui debet. Ad Timoth. duæ, ad Tit. vna.

Alijs pijs	Pauli ad Philem. de Onesimo.
	Ioannis duæ

Prima ad dominam electam vt in veritate cōtra Antichristos omnes perseueraret

Secunda Gaio, vt hospitalitatem erga sanctos prout incepit, exerceat continuò, & ambitione Diotrephis neglecta, in bono pro vocatione sua perseueraret.

Catholicæ quæ multis ecclesijs ad communem ipsarum & posterarum vtilitatem scriptæ sunt

Sunt autem	Iudæis potissimum scriptæ
	Omnibus fidelibus

Ex inscriptionibus liquet

Iudæis potiss. scriptæ sunt	Incerto authore
	Certo

Incerto authore epistola ad Hebræos inscripta vt in vera doctrina de Christi persona, officio, ceremonijs abolitis, certa fide operibus bonis fructificante perseuerarent

Certo autore sunt	Iacobi vna	Petri duæ.
	Eam ordine & tēpore sequentes	Ioan. vna i. prima.

Iacobi epistola est vt doctrinā de necessitate ope-

 rum

rum siue fidei operibus bonis fructificantis, eis sub cruce applicaret.

Petri duæ vt veritatem euangelicam ad christianam sanctam vitã in ipsis fructificantem contra omnes Pseudoprophetas ex scripturis sacris in finé cõstantissimè retinerent. 1. Pet. 5. 12. 2. 1. *cap. fine cap.* 2. 1. *cap.* 3. 1.

(*b*) Ioannis prima scripta est vt in Iudæorũ persona omnes pro mensura ætatis in Christo indubitatis τεκμηρίοις se communionem cum Christo & ecclesia, & proindè vitã habere cognoscant. *cap.* 1. 2. 3. 4. *cap.* 2. 12. 13. 14. 15. cap. 5. 13. (*b*) 1. Ioa. 2. 2.

Omnibus scripta est Iudæ epistola.

Iudæ epistola scripta est vt omnes contra cuiusq; temporis profligatos homines gratiam Dei ad lasciuiam peruertentes, pro fidei doctrina semel per apostolos sanctis tradita mutua opera decertarent. ver. 5. 4. 5. 6.

Atque hæc de primo membro muneris primariorũ euangelicorum extraordinariorum ministrorum.

Secundum *membrum* sequitur vbi grauissima agenda, sunt, à fœdere alienos ad Christi fidem vocare, (*b*) vocatos primò donorum per ipsorum manuum impositionem distributionem confirmare cũ continuis ecclesiæ incrementis, (*c*) & posteà ad Christi nutum ordinem quem tenerent præscribere. (*a*) Rom. 5. 5. (*b*) Act. 19. 1. 6. Act. 8. 14. (*c*) Act. 6. 1. 2. 3. 4. &c. & 14. 23. 1. Cor. 5. 1. 2. 3. & 11. 1. 2. 1. Cor. 14. 35. 36. 37. 1. Tim. *tota epist.* & Tit. *epist. tota.*

Atq;

Atq; hoc est ipsorum munus:

De cuius { *Vocatione* / *confimatione* } specialia.

Mar.16.15.16.17.18.19.20.

In vocatione specialia sunt de { *Electione* ipsorum. / *Ordinatione* ipsorũ. } Luc.24.45 46. 47. 48 49.50.Ioa.20.21.22.Rom.1.2.3.

In electione ipsorum speciale fuit, quod Christi Iipsis visi voce αμέσος & quasi ipsius χειροτονία derunt designati. Mat.28.18.19. Act.1. 23.24. & 26. ò6.1.Cor.9.1.Gal.1.1.

In ipsorum *ordinatione* speciale sunt, quod modò à Christo immediatè designato in munus sint asciti & separati. Ioa.20.21.Act.8.17.Rom.1.1.

Ad *confirmationem* autem pertinebat quod omnibus (*a*) prædictis donis & futura prædicendi facultate, quam accumulatissimè præditi fuerunt, ita vt in quaq; ministerij parte spiritus pleno afflatu & motu sine errore & labe omni sint gubernati. (*a*) Ioan.20. 21.22.Marc. 16.15.16.17. Ioan.16.13. 2. Thess.3.1.2.3.&c. (*b*) Ioan. 16.8.9.10.11.12. 13.14. Act.1.4.5.6.7. Act.10.18.19.20. 21.22. & 13.1.& 16.7. 9.10.11.& 20.22. 24.25.

Atq; hæc de Apostolis,

De Apo. speciebus cap.18.

qui fuerunt { *Duodecī* primò, / *Asciti* posteà. } Gal. 2.1.2.3.4.5. 1.Cor.8.1.2.3. 1. Cor.11.5.

Duodecim, sunt illi qui à *Christo* adhuc in terris versante designati sunt. *Ibid.* Mat. 28. Marc.

16. Act.1. Excipe Matthiam, qui postea per sortem ipsius Christi voce designatus, & in Iudæ locum suffectus est, idque ecclesia suas partes iuxta oracula veteris scripturæ faciente. Act.1.20.23.25

Horum omniū propri-um erat

Primum quod cum Christo à Iohannis baptismo ad ascensionis diem versati sint, vt essent suæ resurrectionis testes oculati. Act.1.21.22.

Secundū quod ipsius afflatu donorū spiritus distributione obsignati, in munus quasi inuestitura solenni sint separati. Ioa.20.22.

Asciti sunt qui Christi voce è cælis designati sūt & ipsius voce manuum impositione imperata, separati sunt ad munus suum. Act.8.17. & 13.2. Gal.1.1. Act.26.16. Hujusmodi fuit Paulus. 1.Cor.8.1.2.& Barnabas. Act.14.4.1.Cor.9.6.Gal.2.9

Atq; hæc de Apostolis

Prophetiæ sunt primarij ministri qui eximijs prædictis donis; præcipuè autem futura prædicendi dono peculiari ornati sunt. Ephe.4.11.& 3.5. Act.11.27.28. &c

Hæc de primarijs:

Euangelistæ *sequuntur.*

De euāg. cap.15.

Hi autē sunt extraordinarij ministri, qui Apostolorū vestigia tanquā comites sequuti, ad spiritus & ipsorū nutū operam ijs tum in ecclesijs congregādis tum constituendis nauarunt. Eph.4.11. Act.21.8.9.6. & 15.39.40. 2.Tim.4.5.9.10.11. 1.Tim.1.2.3. Tit.1.5.

Atq;

Atq; hæc de extraordinarijs ministerijs.

Ordinaria ministeria in hac politeia aucta, & donis quam antea præstantioribus ornata, quasi noua, ex Christi ascensione reputantur. Ephes. 4. 8. 9. 10. 11. *De ord. minist. cap. 14.*

De presbyteris verò cuiusq; generis, cùm nulla sint, huiusue loci propria, restat, vt de adiutoribus & opitulationibus dicamus. 1. Cor. 12. 28. qui ἀντιλήψεις proprio nomine dicuntur, quod ipsorum munus sit, presbyteris in ijs quæ necessaria sunt operam nauare. 1. Cor. 12. 28. Act. 13. 25.

Sunt autem { *Diaconi* Synech. dicti. / *Ecclesiæ serui.* } Rom. 12. 8.

Diaconi sunt qui sacri thesauri pauperum curam præcipuam agunt. Act. 1. 2. 3. 4. Rom. 12. 5. 6. 7. 8.

Ab his autem in distribuendo simplicitas requiritur. Rom. 12. 6. 7. 8.

Ecclesiæ serui sunt ij pauperes, præcipuè autem viduæ & viri vxoribus orbi, qui ab ecclesiæ thesauro sustentari, ad ea quæ à presbyteris vel diaconis imposita fuerint perficienda, sunt designati. Act. 6. 1. 2. 3. Rom. 12. 18. & 16. 1. 1. Tim. 1. 9. 10. 11.

Horum autem muneris pars maxima, quia in ægrotis curandis & subleuandis sita sit hilaritatem in ministrando requirit. Rom. 12. 8.

Atq; hæc de politeia ecclesiastica; & etiam de administratione spirituali Christi regni: cuius effectus, hic tractādus, in Hostibus conficiendis versatur. Psa. 110. 1. Isa. 11. 4. & 25. 7, 8. 9. 10. 11. & 44. 25. 26. & 54. 16, 17.

Hostes

De hostib Christ. cap. 15. Hostes autem ex Dei consilio pro temporum καιροῖς προτεταγμένοις & ipsos vincendi rationes, ab æterno constitutæ, hoc loco sunt tractandi: vt quæ etiam vltimi iudicij signa, etsi remota, indubitata tamen sunt. Mat. 24. 34. 5. 24. 2. Thes. 2. 1. 2. 3. Apoc. 1. 1. 3. & 20. 7. 8.

Omnibus *Christi* hostibus tanquam, victoriæ diuinæ triumphus, euangelij per mundum totū propagatio & cursus liberrimus; a diuino consilio certissimè definitur. Mat 24. 14. Luc. 20. 24.

Hostes *regni Christi* sunt { Aperti. / dissimulati. } Apoc. 13. 4. 5. 6. 7. 15. 16. 17. 23. 24. 25.

Aperti sunt qui se pro hostibus christiani nominis profitentur. 1. Cor. 1. 23. 1. Thes. 2. 15.

Aperti sunt { Iudæi. / Gentes. } 1. Cor. 1. 23.

Iudæi sunt hostes, qui post euangelium publicatum a Christo, legislatore suo generali apostosia defecerunt, vnde Deus Gentium vocationem accelerauit magis. Gen. 49. 10. Rom. 11. 15. 16. 17. 18. 19. 20, 21. 22. 25.

Aduersus hos victoria, est ipsorum per Romanos desolatio.

Desolatio Iudæorum & Hierosolumorum illorum metropoleos, est, desolatio maximis quæ vnquam fuerunt angustijs per exercitus Romanorum facta. Luc. 21. 20. 21. Mat. 24. 15. 16. 22. Mar. 13. 14. 15. &c.

Huius

Huius autem signa & præsagia sunt { Mala. / Bona. } Mar.14..8.9.10.

Mala sunt { Animam / Corpus } spectantia.
Mar.14.5.6.7.8.

Animã spectantia sunt pseudoprophetæ & pseudochristi primũ Christi aduentum fingentes, & sese pro Messia venditantes. Mat.24.5.6.11.12.

Mala corporis sunt infinitæ illæ { Communes. / In Bonos. } Marc. 14.8.

Communes sunt illæ {
- Diuinæ { Pestes. / Terræ motus in singulis locis. } Mat. 24.7.
- Humanæ, bella & Gentium cõflictus; hinc autem rumores, turbæ & fames. Mat.24.7. Mar.14.8.
}

In bonos sunt persecutiones acerrimæ ad συνέδρια & συναγωγὰς Iudæorum, etiam ex intimorũ proditione, & multorum refrigerata charitate profectæ. Mat.24.10.11.12.13.

Bonum autem vnicum est, vt euangelium regni in vniuersa terra, vt sit testimonio in omnibus gẽtibus prædicaretur. Mat.24.14.

Atq; hæc de Iudæorum ruina & signis adiunctis, quæ omnia secundum Christi verbum 38. post ipsius mortem annis euenerunt.

Atq; hæc de Iudæis: Gentes sequuntur.

Gentes

Gentes sunt quorum imperia & Monarchias Christi regnum comminuet & prorsus consumet. Dan. 2.44 & 7.28.27.

Sunt autem { Romani. / Turcæ. } Apoc. 16.12. 13.14. *cum* 9.13.14.15,

Romani sunt hostes Christi, qui ex imperio quo potiebantur euangelium profitentes omnibus malis affligebant, vsq; dum dissimulato hosti viam sternerent. 2. Thess. 3.4.5.6. Apoc. 13.12. 3.4. & 17.8.9.10. 11.12.13, Apoc. 11.8.

Horum autem interitus tum gladio tum igne per Gothorum reges decem constitutus est annis post Christum. 546. circiter. Apoc. 17.16. *cum* Apoc. 13.17.

Turcæ sunt hostes qui per Mahometam pseudoprophetam crescentes summum imperium per orbis maximam partem obtinent. Apoc. 9.13.14. 15.16. & 16.12.13.19.

In fastigium autem creuit annos post Christum. 655.

Atq; hæc de hostibus apertis: sequuntur dissimulati.

Dissimulati sunt qui Christum sub ipsius nomine oppugnant. Mat. 24.26. 1. Thess. 2.4.5.9. Apo. 13, 11.

Hi autem doctrinam multis efficacibus miraculis ex Satanæ potentia confirmare conabuntur. Mat. 24.24. 2. Thess. 2.8.

Sunt autem { Pseudoprophetæ. / Pseudochristi. } Mar. 13.22.

Pseudopro-

Pseudoprophetæ sunt hostes dissimulati, qui sub Christi nomine doctrinam ipsius oppugnant. 1.Ioa. 4.1.& 1.Ioa.7.

Sunt autem { Antichristi. / Antichristus, qui κατα ἐξοχὴν, sic dictus est. } 1.Ioa.2.18.19.1.Ioa.4.3.2.Ioa.7.

Antichristi sunt pseudoprophetæ omnes, qui ab Apostolorum temporibus suis imposturis viam apertam ad mysterium iniquitatis siue Antichristum maximum sternebant. *ex præced. cum* 2.Thess.2.7. 1.Ioa.4.3.

Antichristus est vniuersalis apostasiæ futuræ caput. 1.Ioa.2.18.1.Ioa.4.3.2.Thes.2.4.5.6.

Vnde synech. eius ecclesia (*a*) Antichristus dictus est(*b*) vt vera ecclesia Christus. (*a*) 1.Ioa.4.3. & 2.18. (*b*) 1.Cor.12.12.

Quare { Primò, de ecclesia Antichristiana. / Secundò, de capite Antichristo, illius ecclesiæ pseudopropheta. } dicendum.

Antichristiana ecclesia bestiæ comparata, est ecclesia apostatica, veræ tamen laruam effingens, quæ Romanorum monarchiæ prius deletæ, regiminis, potentiæ, & per omnes populos, amplitudinis sedisq; imaginem viuam repræsentat. 2.Ioa.2.4.5.6.7.8. Apo. 11.7.8.& 13.3.11.12.13.14.15.16.17.18.

Huius

Huius autem { Fastigium summum erat anno post Christum *666.* prout numero hominis, id est, explicabili & facili, describitur Apo. 13.16.17.
Comminutio autem postea per mille annos crescente euangelio ad suam plenitudinem. Apoc.29.toto cap.& 20.1.2.3. 4.5.6.7. }

Plenitudo euangelij est qua ex eius prædicatione cum Gentium, & Iudæorum etiam vocatione generalissima, mundus ex Antichristi tenebris, tanquam e mortuis ad vitam, paucorum ministrorum opera, resurgit. Vnde resurrectio prima dicitur. Luc.22.24. Rom. 11.12. Apoc. 20. 1.2.3. 4. 5.6.7.8. & 11. toto capite. Ad hanc autem retardandam, & bestiæ gloriam recuperandam, post mille annos illos congregabuntur per Draconem Antichristi ex omnibus terrarum angulis, tanquam Gog & Magog, Asiæ & Scythiæ hominum colluuies; sed diuinitùs reprimetur, & in æternum peribit. Apoc.20.8.9.10.

Atq; hæc de ecclesia Antichristiana: Sequitur de Antichristo, siue Pseudopropheta.

Pseudopropheta est ecclesiæ Antichristianæ caput inter eam & Draconem medius, siue sequestris quidam. Apoc.16.13.& 13.4.11.12.

Est autem hic Antichristus { ἀντικείμενος. ὑπεραιρόμενος. }

Αντικείμενος

Αντικείμενος vt prædictã à veritate Christi defectioné maximè tueatur.*ibi*.Da.8.11.*quoad phrasin collato*.

Υπεραιρόμενος est, primò vt se contra omne quod Deus, siue σέβασμα dicitur, id est, contra potestates & maiestates omnes,tum terrenas, tum etiam cœlestes efferat. 2.Thes. 2.9. Dan.8.11.36. & 8. 11. quod ad phrasin collatis. Secundo vt in eclesia (nomine tenens Dei) sedem collocans, se tanquam Deum venditet,id est,diuinam potestatem & Christi absolutum dominium sibi arroget.Isa.31. 1.2.Thes. 2.4.Dan.6.25.*inter se collatis*.

Atq; huiusmodi est ille Pseudopropheta, & Antichristi corpus, à cuius Deo, ecclesia & capite tres spiritus impuri prodeunt,Apoc.16.13.

Tres autem illi spiritus sunt tria illa cardinalium Episcoporum Romanorum & scholasticorum sedis Romanæ fulcra; qui ab Euphrate exsiccati, id est, Romani imperij termino, scilicet illo per Turcas sublato,& irruptione in Romanorum Monarchiam facta, tanquam Ranæ vita sordidissima, clamosa & iniucunda sua coaxatione apud omnes reges importuni fuerunt, vt eos congregent ad prælium Dei. Apoc. 16. 13. 14. Nam Turcæ in Romanam Monarchiam irruperunt circa annum 1051. post quod tempus Scholastici floruerunt maximè: post autem anno 1200 Cardinales in fastigium erecti sunt.

Atq; hæc de Antichristo: Sequitur de Pseudochristis.

Pseudochristi

Pseudochristi sunt qui se passim pro Christo secundo iam tempore venienti venditabunt. Mat.24.26.Marc.13.21.Luc.17.23. Hoc autem quia non possunt ob perspicuam veritatem sine magnis præsidijs asserere; miracula quæ vnquam facta fuerint â Pseudochristis maxima & admirabilia edentur, ita vt seducant (si possibile sit) etiam electos. His autem tanquam remedia & antidota certissima opponit Christus, ipsum & ecclesiam in aduentu suo futuros maximè conspicuos, ita vt quemadmodum sine omni fallacia fulgor corruscans ex vna regione quæ sub coelo est in alteram splendet; & quemadmodũ vbi cadauer fuerit ibi aquilæ congregabuntur, ita & Christus in suo aduentu erit manifestus, & ecclesia ad ipsum congregata sine omni dubio facillimè hic ab omnibus dignoscetur. Mat.24.27. Luc.17.37.

Atq; hæc de Pseudochristis & Christi regni administratione: sequitur de iudicio vltimo.

¶ LIBER DECIMVS.
cap. 1.

De vlt. iudic. & eius sig. cap.1.

IVdicium vltimum est secunda pars muneris Christi de ijs qui tunc congregandi & segregandi sunt. Mat.25.32.33.34.&c. 1.Thess.4.16.17.Apoc.20.12.13.14.

Congregandi sunt ad vltimam tubam. 1.Cor.15.51.1.Thes.4.16.17.

Vltima tuba est Christi, archangeli etiam ipsius Dei

Dei κέλευσμα & φωνὴ, per angelos administrata, in domini aduentu. Mat.24.31. Ioa.5. *inter se collatis.* 1.Cor.15.51..1.Thes.4.16.17.

Domini aduẽtus, est ipsius a cœlo supremo subitus aduentus in nubibus & aere cum magna gloria Mat.24.30. 1.Thes.4.16. 2.Thes.1.7. Apoc.1.7. Gloria autem erit summa maiestas Christi ex angelorum suorum multitudine, infinita potentia & gloria summa. *ibid.* Iud.14.

Christi aduentum præcedunt signa quædam, quæ eam definiunt, & certissimè describunt. Mat.24.29. Mar.13.24. Luc.21.25.

Sunt autem { Aduentum immediatè præcedentia. / Aduentui coniuncta. } Mat.24.29.30.

Præcedentia sunt duo: { Primum, quo totius mundi machina concutietur. / Secundum ipsius effectus in hominibus. } Luc.21.26

Primi membri sunt { Generale, quo cælorum δυνάμεις concutientur. / Particulare luminis in inferioribus defectus, magnorum cùm sol & luna obscurabuntur ita vt lucem non edant, inferiorum cùm stellæ è cœlo cadent, vel ob lucis defectum cadere videbũtur. Mat.24.29. & 13.24. }

Effectus duplex est in { *Reprobis.* Luc.21.26.27.28. / *Electis.* 1.Thes.5.3.4. }

In *reprobis* effectus est quo homines exanimati præ timore ex expectatione eorum quæ euadent in orbem, passim latibula quærent vt ab ira agni abscondantur. Luc. 21. 27. Apoc. 6. 16. 17. 18.

In *electis* vt cum summa lætitia redemptionem plenam aduentantem exspectantes capita attollant & erigant. Luc. 21. 28. Resipiscentia autem tacti amarè super mortem eius, (quam peccatis suis procurarunt,) tanquam planctu pro vnigenito, plangent. Zach. 13. 11. 12. 13. Apoc. 1. 7.

Aduentui coniunctum signum est terribilis per ignem flammantem totius mundi dissolutio; ita vt donec renouetur non appareat, quæ signum Christi dicitur. Mat. 24. 3. 1. Thes. 1. 8. 2. Pet. 3. 3. 7. 12. 13. Apoc. 20. 12. & 21. 1. 1

Eius membra { Superiorum / Inferiorum. } dissolutio.

Cœlorum dissolutio est qua conflagrantes ῥοιζηδὸν, i. tanquam rotularum stridore præteribunt. 2. Pet. 3. 10. 12.

Inferiorum dissolutio, est qua & elementa omnia æstuantia & terra cum operibus quæ in ea sunt exusta dissoluentur *ibid.*

Atq; hæc de signis Christi aduentus, quæ omnia in illa generatione qua exeunt in mundum Pseudochristi, euenient. Mat. 24. 34. Luc. 21. 32. *ita tamen tempus definiunt, vt nulli nec homines nec angeli diem & horam illam agnoscere possint.* Marc. 13. 32. Act. 1. 2. 3. 4. 5.

De congregand. ad iudic. cap.2.

In hoc autem Christi aduenru congregandi sunt
- Mortui.
- Viui.

Mortui sunt, qui ad tubam prædictam, nũquam dissoluẽdi cum proprijs corporibus resurgent. Dan. 12.1.2.3. Ioa.5.27.28.29.

Viui sunt, qui tunc temporis viuentes ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ mutabuntur. 1.Cor.15.52.

Vtriq; autem sunt
- In condemnationem.
- In salutem.

Dan. 12. 1.2.3. Ioa.5.29.

In condemnationem resurgunt & mutantur reprobi; in salutem electi: qui resurgentes & mutati Christi hominis cœlestis imaginem gestabunt. 1.Cor.15.51.1.Ioa.3.2. Corpora autem sua tum habebunt spiritualia. 1.Cor.15.43. Corpora autem spiritualia sunt substantia priora corpora spiritualia vero quatenus non vt antea animali facultate, sed Dei spiritus virtute immediatè & spiritualiter viuunt. 1.Cor.15.43.44.45.46. Rom.7.11.1.Pet.1.1.4. Phi.3.21.

Vnde corporis qualitates sunt
- Primò ἀφθαρσία qua in æternum vigent.
- Secundo
  - Gloria similis corporis Christi gloriæ.
  - Potentia, qua omnes corporis actiones omni infirmitate liberæ æduntur.

1.Cor.15.42.43. Phil.3.21.

Atq; hæc de congregandis ad iudicium: Sequitur de separandis.

De seperat.cap.3. Separatio est qua per Angelos ab omnibus mundi plagis coacti, a christo in throno gloriæ sedente separantur. Mat.24.31.& 25.31.32.

Thronus Dei gloriosus, est qui summa maiestate *angelorum* ministerio ei in omnium oculis paratur. Dan.7.10.Mat.20.28.& 25.31.Col.1.16. Apo.20.11.12.

In hac autem separatione *electos* ad dextram, *reprobos* ad leuam statuet. Mat.25.33.

Atq; hæc de Christi iudicij subiecto: Sequitur iudicis sententia. ibid.

De iudic. sententia prima.ca.4 *Iudicis sententia* est sententia iustissima, qua ius dicit cuiq;, prout ex operibus suis (tunc omnibus apertis, tãquã si libris scriptæ fuissent) reprobos, vel in vitæ libro, (i.per Metaph.Dei decreto de æterna salute) conscriptos fuisse manifestum fuerit. Mat. 25.32.33. Rom.19.11.12. 1.Cor.4.5. Apoc.20.12. Dan. 12.1.2.

Sententia hæc duplex est { *Prima.* / *Secunda.* } Mat.25. 34.35.

Prima est de *electis*, vt postea ipsi pro sua differentia angelos & homines reprobos vt Christi administri sententiam eius probantes & laudantes iudicent. 1.Cor.6.1.2.3.

Horum autem alij sunt { Assessores. / Reliqui. } Mat.19.28.

Assessores

Assessores sunt duodecem Apostoli thronis duodecem collocati, secundum quorum euangeliũ (hoc est) euangelij prædicationem pronunciabit Christus de reliquis tum bonis, tum malis. *ibid.* Rom. 2. 16.

Reliqui sunt *electi* cæteri omnes. *ibid.*

Sententia autem est, venite benedicti patris mei, & possidete hereditario iure, regnum paratum vobis a iactis fundamentis mundi. Mat. 25. 2. Hinc ergo *electi mercedem* obtinent. *ex præced.*

Merces est præmium quod operibus bonis, nõ propter ipsorum sed *C*hristi meritum, ex fide nobis applicatum, tribuitur. Mat. 19. 28. 29. Luc. 22. 30. Rom. 5. 9. 17. 18. & 6. 23. & 8. 19. 11. 2. Thes. 2. 16. 1. Pet. 1. 19. & 3. 7. *cum* Rom. 11. 6. Apoc. 19. 18. & 21. 6. Psal. 24. 5. *inter se collatis.*

Merces est	Communis.	Mat. 10. 41. 42. Mat. 19. 28. 29. & 20. 23.
	Propria.	1. Cor. 3. 8. 1. The. 2. 19. 20. Apoc. 21. 14. & 22. 17.

*C*ommunis est quæ ecclesiæ toti iam cœlesti est communis. Ioa. 5. 29. 1. Ioa. 4. 2. Apo. 20. *toto capite.* Cœlestis autem ecclesia est, quia a Deo genita, iam in cœlis & cœlesti ratione perficitur. Gal. 4. 26. Heb. 12. 22. 23. Apo. 20. 1. *cum* 21. 10. Hæc autem Ierusalem cœlestis est ex omnibus gentibus ad Dei mensuram ampliss. gloriosiss. tutissima angelorum ministerio & apostolorum gloria ornata. vt Apoc. 21. 16. 17. 14. 13. 12.

Huic ecclesiæ ita descriptæ communem æternum mercedē reddit: vbi eius membra sunt
- *Dei* κοινωνία hîc specialis.
- *Vita Dei membra*
  - Specialis *fœlicitas*.
  - Specialis *gloria*.

Dei κοινωνία specialis est qua σκηνὴ Dei est cū hominibus, & ipsi vnà habitantur, ita vt ipsius faciē & gloriam intuentes in cœlis, ipse sit ijs per ἀρνίον siue Christum hominem sine alijs medijs, templum vita, lux perfectissima omnia deniq; in omnibus. 1. Cor. 15. 28. Apo. 21. 3. 22. 23. & 22. 1. 2. 3. 4.

Specialis *fœlicitas* est qua ab omni miseria & infirmitate segregatā hereditatem ἄφθαρτον ἀμίαντον, καὶ ἀμάραντον in cœlis obtinent. 1. Pet. 1. 5. Apo. 21. 4. terrā & cœlū per ignis purgationē renouata, & omnia deniq; hereditario possident, vt ipsi quotidiè seruiant. Psa. 98. 7. 8. 9. & 148. Act. 3. 21. Rom. 8. 20, 21. 2. Pet. 3. 13. Isa. 66. 17. & 66. 22. Apoc. 21. 4. 23. 25. & 22. 1. 2. 3. 4. 5.

Gloria specialis est gloria ipsius Dei qua ipsi sunt vt Christus etsi inæqualiter animo & corpore supra modum gloriosi. 1. Cor. 15. 44. 45. Phil. 3. 21. Col. 3. 1. 2. 3. 1. Ioa. 3. 2. Apo. 21. 11.

Atq; hæc de communi mercede.

Propria autem est quam Deus secundum propriam cuiusq; opus tribuet. 1. Cor. 3. 8. Harum tamē distinctio non est in scripturis reuelata; quare eam scrutare nefas est.

Atq; hæc de prima sententia.

Secunda est in reprobos omnes, abite a me execrabiles in ignem æternum, qui paratus est Diabolo & angelis eius. Mat.25.41. *De secunda sententia. cap.5.*

Atque hæc de gubernatione temporaria; qua finita, Christus cùm omnie imperium, & omnem potentiam, & virtutem aboleuerit, regnum tradet patri, vt non amplius vt mediator regno potitus, secundum humanitatem ipse etiam Deo subijciatur, ita tamē vt ipse sit alijs omnibus gloriæ, luminis, vitæ, totiusq; fœlicitatis, flos, fons, & scaturigo. 1.Cor.15.24.25.26. Apoc.21.9.22.& 22.1.3.

Æterna est nulla seculorum successione definita; *& qualis fuerit, aliâs quam in bonorum & malorum retributione æterna prædicta, planè reticetur.* Apoc.10.6.

Atq; hæc de Theologia sacra.

Etiam veni Domine Iesu.
Apoc.22.20.

FINIS.

NOn fine magno meo dolore factum est, vt amanuensium aliqua, operarũ Typographicorum nonnulla incuria, & mea ad plusquam operis dimidium absentia, nimium multis erroribus scateat pars illa opusculi nostri, cum autem quod factum est infectum fieri non possit, & in huiusmodi scribendi ratione legibus accuratis alligata, etiam leuia quæq; vel fastidiũ, vel obscuritatem pariant: omnia quæ pro breui temporis curriculo animaduertere potuimus, ea (preter rursus excusa) in sequenti διορθώσει corrigenda curauimus; & priusquam nostra perlegeris vt ea vitijs his expurgare digneris, rogamus.

GRæca plerumq; ob amanuensis imperitiam accentuum malé collocatorum & literarum quarundam mutatarum vitio laborant, quare separatim coniungenda curauimus.

PAg.2.lege σχῆσις & p.3. pag.2. θειότητος & 7. pag.4. πρόγνωσις & deinceps p.7.ἁπλῶς. *ibid.* τὴν p. 11. ἐπιγινώσκων sic p.12.ἐπιγινώσκειν.*ibid.*σύνεσιν.*ibid.*πνευματικὴ σύνεσις ac sic deinceps.*Ibid.*καθ' ὅλου.*ibid.lege* τοῦ συμφέροντος. p.14.ἐπέχει. p.19. χλιάνσεως sic deinceps. p.21.ἐνέργεια. p.23.ἔντευξις. *ibid.*δεήσις.p.25.συμβάλλειν p.26.αὐταρχείας. p.28.κοινωνία & deinceps.p.30.ἐπουράνιος.*ibid.*θρόνους.*ibid.*ἀρχὰς. p.32.γενέσεως.p.35.l.18.19.φία πία. & l. 24.φιλόφρονες. p.37.l.pen.ἐγκράτεια.p.43.l.4.εὐσχήμον sic deinceps. p.48.l.13.στοργή.p.50.l. 9.οἰκεί...ις.p.57.πρόνοια. p.59.l.22.οἰκείων.p.60.l.6.στοργῆ sic deinceps. p.67.l.4.κτίσεις. p.72.l.antep.ἑκουσίως. p.73.l.21.ἀγνοήματα. p.76.l. 9. κοσμοκράτορες τοῦ σκότους, πνευματικὰ τῆς πονηρίας.*ibid.*l.6.κατ' ἐξοχὴν sic deinceps.p.78.l.1. ἀπατηθεῖσα.p.78.l.1.ἀποτιλεσθεῖσα. p.91.l.18.ἀποτέλεσμα.l.21.ἀποτελέσματι. p.25. l.28. ἀπαράβατος εἰς τὸ διηνεκές. p.96.ver.30. θεόπνευστον.p.101.l.2.ἐκθάμβησις & deinceps.l.3.ἀδημονία deinceps. p.102.l.24.πάθημα. p.103.l.30. τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς & p. 104.l.16. παράθεσις, πατρὸς. l.28. ᾅδου & deinceps. p.106.l.29. ἀποτελέσματα. sic 107.l.3.p.109.l.8.μετάνοια.l.14.θεόν.l.19. πειρασμὸν p.110.l.8.τὰς.p.112.l.1.ἐνέργεια.p.113.οἰκεῖοι.l.15.νεκρα l.17.πρὸς καιρόν.p.115.l.1.ἀνυπόκριτος.l.5.ἐνέργεια. p.117.l.19.

ὑπομονὴ

ὑπομονῇ.p.118.l.6.κατ' ἐξοχὴν πιςὰ p.119.l.12.ἱεροπρεπὴς l.18.ἀναλόγως.p.120.l.11.εὐταξία.p.125.l.28.ἔνδειγμα.p.132.l.25.συμπαθεία.l.28.συμπαράκλησις.p.135.li.23.ἐπιείκεια.p.137.l.9.φυσικὴν.p.140.l.2.ἐμφυτεύσεως & sic deinceps.p.143.l.29.αὐτάρκεια.p.146.l.8.καταvoοῦσι.l.10.παράκλησις.l.21.παραπτώματα καὶ εὔχεσθε.p.148.l.2.ἀδυνάτων βαστάζειν.l.25.ἀδιαφόροις.l.6.διαλογισμῶν.l.23.πρόσκομμα.l.27.ἀσθένεια.p.149.l.7.εὐταξία.p.115.l.7.βιοτικοῖς.p.158.l.6.ἐπιεικεῖς.l.30.οἰκείων ἀναλόγως.& sic deinceps.p.184.l.21.στρατολογήσαντι.p.192.l.28.ἐνέργεια.p.193.l.18.αὔξησιν.p.196.ἀσελγεία.l.19.ἱκανότητα.p.198.l.6.ἐπίλυσις.ἀνάλυσις.p.199.l.4.ἀδιαφθορία.l.6.ὑγιὴς.l.8.λόγοις sed in ἀποδείξει.l.4.κατήχησις.p.223.l.21.ἀπαράβατος & ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκές.p.224.l.2.ἀκροθινίοις.p.233.l.13.σύστοιχα.p.252.l.1.ἐξοχὴν.

Latina vitijs purgata.

Pag.1.l.18 *ab ipso.pag.*7.l.20.*dele &*.p.10.l.23.*pro e,lege est*.p.22.l.2.& 5.*requirit*.p.32.l.23.*pro amare,obseruare*..p.33.l.21.*genuflexio*.p.34.l.20.*eas exerant siue &*.p.34.l.vlt.lege & *in consit*.p.36.l 2.*praeunt*.p.48.l.9.*le,naturae*.p.43.l.8.*afferant*.p.45.l.1.*primendam*.p.46.l.3.*conseruet*.p.47.l.24.*dele Dei*.p.48.l.9.*colant*.y.58.l.19.*vasorum*,p.58.l.14.*mansuetudo*.p.59.l.17.*lactare*.p.63.l.15.*remeantibus*.*Ibid.remeant*,p.67.l.4.*humanae*.p.69.6.*vinum*.l.14.*creatarum*.p.70.l.18.*exequutioni*,p.87.l.3.*non misce*.l.14.*definiri*.p.88.l.19..*cōdemnationi*.p.91.l.18.*Commune*.p.92.l.2 *mediationis*.l.3 *Idoneè*.18.*Hypostatica*.p.69.l.16.*Sacerdotalia*.pa 99.l.17.*nostrarū*.100.l.19.*vi*.l.29.*metus*.l.18.*precatio*.& *deinceps*.p.102.l.9.*authoritate*.p.103.l.9.*quae*.& l.27.*querela*.p.106.l.1.*euectus*.l.14.*sic dicta est qua &*.p.108.l.15.*dominiū*.p.109.l.19.*quâ fit*.p.110.2.4.*neuerimus*.l.15.16.*tollere,reddere*.p.111 l.10.*ecclesia*.l.25.*post spect*.*lege*,*perficiat*.p.114.l.12.*illustrati*.p.116.l.24.*respiciens*,p.118.l.20.*quatenus nos*.l.28.*exequentur*.p.117 l.27.*Synecd.sic vbiq;*.p.119.17.*comparata*.p.120.28.*inuehatur*.p.121 10.*imitantur*.l.21.*quae*.l.15.*quibus*.p.122.l.16.*sub superiorum* l 23.*prestent*.p.124.l.16.*naria*.p.127.l.21.*nutu*.p.130.*excitat*.p.132.l.13.*creent*.p.133.l.4.*differamus*.l.23.*spicas*.p.135.l.5.*sedanda* l.7.*leuem*.p.135.l.23..*quae*,*remittit*.p.138.l.17.*scelere*.p.140.l.10.*integram*.l.11.*perdatur*.p.141.l.1.*transigat*.l.3.*soluatur*.p.142.l.18.*cōprobauerit*.p.144.l.6.*parsimonia*.l.11.*sese submitt*.p.148.l.11.*adificationem*.l.20.*polluitur*.p 150.l.19.*praestentur*.p.151.l.15.*faciat*.*nuerit*.*bauerit*.p.152.l.21.*fuerunt*.p.153.l.5.*vtantur*.l.6.*caetui*.9.*impendant*.l.12.*praeparetur*.*gerat*.l.20.*exerceri*.l.28.*astico*.p.155.l.1.30.*toleret*.p.155.l.24.

omen-

emendet.p.166.l.pen.advocationem.l.30.faciant.p.157.l. 21.curent. p. 158.l.13.officio,perfuncto. l.14. decorantur.p.159.l.29. vt cum laude. Ibid. præstent.& p.160.l.5.13.l.20.vt ipsos.l.22.sustentent.p.161.18 rata. p. 162.l.7.monumenta.l.17.plectatur.l.20.gubernent,pessundent.p. 163.l.22.lia, ment.p.164.l.8.proficiscuntur.p.165.l.25.& 30.suos.p. 166.l.23.quia.l.30.& p.167.l.2. omnia verba passiue lege.l.29. conditio.p.169.l.3.eius.l.9.pinguiores,remotiores,fratres,patrui.Ibid.l.30.pro fuorum.lege,quæ sunt eius.p.170.l.16.transierit.p.173.l.3. augere, miscere possit.p.174.l.1.fuerint.p.176.l.2.duxerit.l.22.patri,vel matri.p.178. l.8. coerceantur.l.25.adiuncta.p.179.l.8. Ducat.l.21.non operta.l.23. in bestia.l.27.eruperit in res alienas.p.182.l.26.fundant.p.183.l.5.inuocantes.l.7.Obsuerit.l.25.potiantur.p.185.l.6.degeneret.l.20.euadat. p. 188.l.28. ordinariam.p.189.l.22.omni.p.190.l.10.dicandis.p.191.l. 2.sancito.p.194.l.20.fit.l.23.post resipiscētiā.p.195.l.11.qua in p.196 l. 2. fungantur.p.197.præ aliis.p.199.l.3.doctrinæ p.201.l.17.quæ.ibi. l.27.dele accuratior,lege etiam.p.202.l.1.ad vtrasq;.dele,sermone.lege,& l.10.singulas requirat.p.203.l.16 suis,aliis.p.207.l.2 fuerunt.l.3.perpetuæ. p.208.l.29.in loco.p.209.5 .las,nas,citas,ctas.l.24.25. illam.p. 210.l.7. fundatur.l.8.dele vt.p.213.l.3.ad id ipsū.p.216.l.30.lotione.p.217.l.4. dele vt.l.12.dele aduenirēt.l.24.dele pro hominib.& eorum cultu.p.219.l. 24 præco dictus.p.221.l.25.secūda sic.p.222.l.2.prima,& l.4.secūda.l.7. in hac.14.sortita est.27.possideret.l.27.lecisset.p.222.l.23.ipsi.p.223.l. 11.dei.p.224.l.21.Abrahamus.p.226.l.1.quæ.p.227.l.11.figurabantur. l.19.adiuncta.p.229.l.21. ceruical.p.230.l.19.habentur. p.233.p. 236.li26.quod.p.237.l.vlt.cætum.p.238.l.13.14.næ,næ,p.239.l.1. quod.p.248.l.21.maxima.p.250.l.2.per.p.25.l.8.libri.p.252.l.7.Narratiui.p.256.l.28.lectione.p.265.l.9.contineant.p.268.l.7.da.p. 279.l. 17.concipienda.p.280.l.25.enda.p.285.l.vlt.pro pietatis.p.303.l. 18. 19.fuisse Thuribulum:coniunctim lege.q.306.l.1.depingebant.p.307.l.21. erāt.p.321.l.3.incēsum.p.383.l.15.institutasunt,quibus sp.p.585.l.6.extraord.l.8.dele ext. Num.primò designati,nunc restituti.

P.1.l.13pro 15.Ap.13.ib.Ios.29.pro24.ib.Ie.9.pro10.ib.l.16.De.5.3 pro 6.3.4.ibid.p.2.l.13.Co.14.pro.13.p.3.l.22.Luc. 1.35.pro 37. ibid.l.vlt.lege ex præcedentib.p.5.l.12.dele 12.& 25.p.6.l.7.2.The.6. leg.1.6.7.ibid.l.9.pro Rom.1.1.le.1.16.ibid.14.pro Iac.9.3.leg.Rō.9. 13.p.9.l.4.pro 35.36.p.10.l.12.1.Sā.2.le.3.p.11.l.3.Iob. 1.Prou. 2.lege 6.p.17.l.4.1.Cor.1.Prou.9.8.p.17.l.14.1.Cor.7. 11.2. Cor. 5.2.3.8.9 p.18 l.vlt.Ps.68.Ps.69.ibid.Apoc.3.19.pro 16.p.23.l.3. Exo.22.pro32.p.28.l.22.Luc.9.13.pro 26.27.sic p.28.p.29.l.6.1. Cor. pr.2.p.31.l.vlt.dele Luc.19.28.p.32.l.12.& 26.22.pro 1.2.p.32.l. 21.& 2.7.& 11.12.dele,lege Exo.20.20.& Iob.28.28.& Ps.18.24 p.33.l.7.Gen.18.pro 17.Ibi.l.13.pro 3.lege 17.ibid.l.19.Psa.56.13 pro 26.7.& 27.6.ibid.l.22.Luc.18.ver.13.p.34.l.24.pro 1.Reg.2.lege 2.Sam.6.21.22.ibid.l.25.Da.3.ibid.l.27.1.Tim.pro 2.p.35.l.19. 2. Pet. p.37.l.8.Eccl.5.18.p.39.l.penu.Amo.4.13.p.43.l.antep.1.Cor.16.1 2.p.43.l.9.Neh.1.3.4.p.45.l.23.Mar.14.25.26. p.45.l.antep.Eph. 5.& sic vlt.p.46.l.4.Eph.4.28.& l.5.p.49.l.2.Ge.18.2.& p.49.l.22. Rō.15.26.1.Cor.9.11.p.50.l.2.Pro.18.24.& 17.17.ibid.l.19.Tit. 1.6.ibi.2.21.Deu.6.20.21.p.51.l.42.& 19.1.2.3. & p.52.l.16

Gen.38.8.p.44.l.12.Leu.18.11.p.46.l,5,Est.2.7.p.57.l.18.Ps.2.
28.p.59.l.8.De.21.17.p.6.l.11.Deu.17.8.9.ibi.l.12.Luc.22.24
ibi.l.24.& Chro.29.Pro.28.12.13.p.61.l.25.Act.2.42.p.62.l.5.
Ro.9.4.5.6.p.62.l.pen.Ge.26.5.p.63.l.3.Leu.18.27. ibi.l.8,Act.
10.15.ibi.l.16.Deu.17.5.p.64.l.21.& 3.13 ibi.l.27.Apo.22.18
p.65.l.3.Ex.13.9.l.4.Tim.6.3.Ps.119.2.l.4.Reu.2.15.24.25.l 8.
& 119.96.l.25.b.Ia.3.15.p.66.l.4.ad.Ps.119.96.l.17.ad.Ex.13
9.l.19.& contr.p.71.l.4.1.Cor.15.55.56.l.7.2.Pet.2.4 l.14.& 5
2.3.p.72.l.7.dele & p.73.l.10.Iob.15.15 l.17.l.8 31.l.20.Ioan. 8. p.
74.l.23,Deu.28.27.p.76.l.23.Rom.5.15.& sic l.25.p 79 12. Rõ.
7.p.81.l.28.Ge.8.21.p.84 le Psa.19 p.85.l.4.Leu.5.1.p.85.l.22.
1.Cor.3.p.87.l.pen.Exo.24.8.p.88 l.12 le 31.32.l.vlt.Deu.30. p.90.l.7.
Mat.26.39.sic l.17.l.21.Mat.9.36.p.94.l.20.Ioa.3.33.& 6.27.p.95.
l.13.& 49.48.l.19.& 28.18.p.97.l.p.Heb.12.1.2.3.p.99.l.7.1
Pet.2.& 1.p.100.l.p.Luc.22.44.sic p.101.l.23.p.101.l.25.& Mat
27.35.l.28.ad.Mat.23.19.cũ Ioa.17.19.p.102.l.15.Esa.53.10.11.
p.103.l.4.Esa.53.6.11.p.104.l.2.Col.2.15.p.105.l.4.Mat.12.40.p
106.l.3.1.Tim.3.16.p.207.l.10. Ap.5.8.9.10.l.13.Act.3.17.l.
16.2.Cor.5.18.l.22.Dan.9.25.l.28.Act.3.17.19.l.29.Heb.9.12.
23.dele 10.19.p.108.l.3.Gal.3.3.&c.l.7.Gal.3.8.l.pen.Col.2.8.11
12.Tit.2.12.p.109.l.3.Gal.6.24.l.pen.Apo.8.3.1.Ioa.5.13.14.p.
110.l.26.Ier.23.5.6.l.28.Luc.1.33 l.30.Ioa.18.36.p.112.l.18.Rõ.
1.7.l.20.Col.3.15.16.17.l.23.2.Cor.4.3.4.cum Mat.22.13.14.
p.113.l.22.Ps.78.34.&c.p.114.l.7 dele Mat.17.34.p.115.l.7.Col.
2.12.2.The.3.2.Eph.3.17.20.p.120.l.25.Iud.17.2.p.121.1.Chr.
10.13.p.122.l.4. Eccle.10.8.l.17.& 47.29.p.125.Heb.11.1.2.3
p.132.Rom.12.15.p.135 l.19.Eph.4.26.p.136.l.6.Iere.7.. 32.p.
138.l.11.1.Cor.7.5.35 p.139.l.24.Ge.23.13.l.27.Deu.25. 14.
15.p.144.l.3.Pro.21.5.6.p 145 l.6.Ac.2.44.45.l.vlt.2.Cor.8.3.
p.148.l.14.1.Cor.10.28.p.152.l.13.Deu.6.20 p.156.l.13.Eph.
6.4.p.161.l.12. & verf. 15.16.l.27.1.Sam.4.p.162.l.1. Iud. 19.
19.p.164.l.10.adde Esa.33.22.& 29.13. Mat.15.9.Iac.4.12.l.13.
2.Reg.l.23.2.Chro.p.166.l.1.Sã 11.2.& 2 Sã.3.38.39.l.13.27. &
2..l.19.2.Chro.17.l.22.18.& 30.l.27.2.Chr.30.19.p.168.l.19.2.
Chro.30.6.7.p.169.l.15.1.Tim.6.1.2.3.p.171.l.19.2.Sam.& ibi.
Iehobs.p.172.l.26.Hes.7.26 p.173.l.26.Leu.20.1.2.l.27.2.Chr.
15.13.Leu 14.7.l.28.Deut.24.7.p.178.l.9.Zac.13.6.p.180.l.17
2.Sã.8.p.183.l.39.2.Sam.p.189.l.vlt.Deut.6.8.p.292.l.5. Exo.12.
6.l.9.1.Pet.3.21.p.194.l.17.Prou.5.p.194.l.28.Math.18.17.p.
195.l.1.2.Cor.14.p.196.l.8.Iob.33. 23.sic.p.197.l.13.p.198.l.4.
2.Pet.1.21.p.201.l.36.1.Cor.2.16.1.Ioan.2.27.p.202.l.8.ad 1.
Pet.3.21.Heb.11.7.l.10.ad Zac.11.15.16.l.18.ad 1. Pet. 3.21.
Rom.4.11.l.21.Gen.17.14.l.24.ad Gen.17.13. 14. Exod. 12.48.
Act.2.49.1.Cor.7.14 sic l.26.p.203.l.3.ex praeced.l.5.Act.2.42.1.
Cor.5.13.1.Cor.10.4.17. & 11.28.l.14.ad 1.Pet.10.11.l.24.ad
Exod.4.29.31.Neh.8.2.3.7. Ezech.46.10.p.205.l.13. Exod.36.4.
5.6.7. Act. 2.45. &.4. 37. l.20. Gen.14.20. Deut. 16. 16.p.
207.l.5.& 10.18.19 l.22.Ioa.2.21.l.vlt.ad Ap.11.2.3.4.p.209.
l.. Pro.26.11.p.213.l.16.Luc.1.6.p.215.l.10.Exo.19.22.& 13.8.

p.217.l.13.*dele* 1.*Chro*.11.29.p.222.l.29.*Gen*.11.33.p.228.l.21.
Rom.9.4.p.233.l.28.*dela* 26.p.234.l.21.*Exod*.23.11.p.137.l.8.
dele 19.20..*lege Nu*.9.18.19.l.16.*Nu*.10.35.36.p.238. *Psal*.4.
13.& 77.14.20.*Esa*.55.1.2.p.242.l.17. 1.*Chro*. 15. & *cum* 2.
Chro.29.25 p 243.l.1.*cum Col*.4.12.l.4. *dele Iere*.l.17. *Gal*.1.1.p.
244.l.14.*Leu*.8.1.2.3.4.5. p.245.l.4. *Exod*.4.29.p.247.l.24. *Exod*.
24.4..*ver*.8.9.p.248.l.2.1.*Cor*.14.1.& l.4.1.*Cor*.14.3.23.l.9. 1.
Chro.28.12.19.l.27.*dele Ruth*.7.2. & 8.*fine*.l..29. *dele Exod*. 43.
11.p.249.l.3.2.*Reg*.22.8.l.4. *Ezech*.43.11.p.204.l.29.2. *Tim*.
1.13.p.265.l.15.1.*Cor*.14.19.20.21.p.266.l.3. *Act*.18.29. p.
272.l.23..*Amos*.7.14.p.273.l.21. 1.*Cor*.14.p.278.l.24.27.*Mat*.
13.51. p.293.l.14.*Exo*.25.*sic*l.18.p.294.l.10.1.*Chro*.28.p.295.
l.14.2.*Cor*.5.4 p.296.l.9.*Col*.2.19.p.313.l.15.*Marc*.9.49.p.316.
l.27.*Esa*.53.p.323.l.5.*Num*.12.3.4.p.322.l.4.*dele* 1.*Pet*.2.9. p.
332.l.15.*Esa*.42.13.p.335.l.9. *Zach*.3.4.5.p.355.l.25.2.*Cor*.2.6.
7.p.359.l.*vlt*.*Act*.10.2.p.364.l.8.*Num*.29.7.